





CONCILIUM

SELEUCIAE ET CTESIPHONTI HABITUM ANNO 410.

CONCILIUM

SELEUCIAE ET CTESIPHONTI HABITUM

ANNO 410.

TEXTUM SYRIACUM EDIDIT, LATINE VERTIT NOTISQUE INSTRUXIT

T. J. LAMY,

CAN. HON. ECCLES. CATH. NAMURCENSIS, S. THEOL. DOCT., HERMENEUTICAE SACRAE ET LINGG. ORIENTT.
IN UNIVERSITATE CATH. LOVANIENSI PROFESSOR ET COLLEGII MARIAE THERESIAE PRAESES.



LOVANII,

EXCUDEBAT CAR. PEETERS.

—

1868.



APPROBATIO.

—

Opus quod inscribitur, *Concilium Seleuciae et Ctesiphonti habitum*, etc. *auctore* T. J. Lamy, ex auctoritate Illustrissimi ac Reverendissimi Archiepiscopi Mechliniensis et legum academicarum praescripto recognitum, quum fidei aut bonis moribus contrarium nihil continere visum fuerit, imprimi potest.

Datum Lovanii die 27 julii 1868.

N. J. Laforet,
Rector Universitatis.

PRAEFATIO.

Quod nunc publici juris facio ecclesiae syriacae monumentum, anno 1858, quum Parisiis versarer per aliquot dies, exscripsi ex praestantissimo codice octavi saeculi bibliothecae imperatoriae, unde jam protuli *Resolutiones canonicas* Joannis Telensis. Codex ille nunc reponitur in *Supplemento* codicum syriacorum hujus bibliothecae sub numero 29. Quum autem accuratam illius codicis descriptionem jam dederim in praefatione *Dissertationis de Syrorum fide et disciplina in re eucharistica*, necesse non videtur ut quae ibi dicta sunt, hic denuo recitentur.

In adornando autem meo opusculo ita versatus sum ut textui syriaco e regione adjungerem versionem latinam, quae litterae presse et fere serviliter adhaerens fidelitate magis quam elegantia praestaret. Infra textum annotationes apposui ad elucidanda, ex aliis monumentis syriacis majorem partem recenter editis, ea quae in canonibus definita et praescripta sunt. Hac ratione plura antiquae apud Syros disciplinae puncta, vitam et honestatem clericorum, liturgiam et hierarchiam ecclesiasticam

spectantia, majorem in lucem ponuntur. Peculiari cura disserui ex auctoribus syris de processione Spiritus Sancti *a Filio*, quae primum in concilio Seleuciensi definita fuit. Canonibus autem praemisi dissertatiunculas de anno celebrati concilii Seleuciensis et de ejus canonum authentia. Ad finem autem addidi ex collectionibus canonicis Ebed-Jesu et Bar-Hebraei, paucis abhinc annis a card. Maio editis, alios canones eidem concilio attributos.

Ad excudendum syriacum textum typos suos benevole concessit Ill. D. Beelen, meus in litteris syriacis magister, cui idcirco debitas refero gratias.

Scribebam Lovanii die IX Julii in festo SS. Martyrum Gorcomiensium.

AUCTOR.

CONCILIUM

SELEUCIAE ET CTESIPHONTI HABITUM

ANNO 410.

PROLEGOMENA.

I. QUO TEMPORE HABITUM FUERIT CONCILIUM SELEUCIENSE.

Celebrata fuit haec synodus die prima mensis *schebot* (februarii), anno Isdegerdis, regis Persarum, undecimo, Christi 410. Cum autem nonnullae de hac re moveantur difficultates, tum quia in annis numerandis auctores, ut saepe fit, dissentiunt, tum quia intra paucos annos tres Seleuciae habitae sunt synodi, quas auctores non satis distinguunt, opere pretium erit paulo accuratius disputare de epocha concilii Seleuciensis, cui praefuere Isaacus, archiepiscopus Seleuciensis, et Maruthas, Maiphercatae episcopus.

Et primo quidem nosse oportet tres synodos Seleuciae sub Marutha habitas fuisse : primam anno 400, secundam anno 410, tertiam anno 420.

Prima Seleuciae synodus habita est anno Isdegerdis primo, qui annus respondet anno aerae vulgaris 399 vel 400 pro varia ratione sumendi anni initium. Siquidem Graeci a calendis octobris, Latini vero a calendis januarii annum incipiunt. In isto concilio canones lati non leguntur, sed Isaac Caiumae in sede Seleuciensi suffectus fuit, juxta Bar-Hebraeum, Eliam Nisibenum, Amrum ejusque interpolatorem[1].

Rem sic narrat Bar-Hebraeus in *Chronico*[2] : „ ܗ̇ܘܐ ܗܢܐ ܥܡܗ ܐܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ

[1]) Cf. Assemanus, *Bibliotheca Orient.*, t. III, part. 1, p. 364, sqq. Romae, 1725.

[2]) *Bar-Hebraei Chronicon*, 3ª part. e codd. Musaei Britannici, cod. Rich. 7198. Praeclarum istud testimonium mihi subministravit benevolentia doctissimi amici J. B. Abbeloos qui pretiosum istud Bar-Hebraei monumentum, quoad 2m et 3m partem ineditum, e codicibus Musaei Britannici descripsit et mox editurus est una cum *Chronographia* Eliae Nisibeni aliisque syriacis documentis adhuc ineditis.

ܕܬܘܠܝܐ ܠܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܗܘ ܕܐܦ ܪܕܦ ܗܘܐ ܠܡܗܝܡ̈ܢܐ. ܘܐܫܬܕܪ ܠܘܬܗ ܒܐܝܙܓܕܘܬܐ ܡܪܘܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܘܡܠܦܢܐ ܬܡܝܗܐ. ܘܗܘܐ ܡܐܬܝܬܗ ܫܝܢܐ ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ. ܘܟܢܫ ܩܝܘܡܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܡܕ̈ܢܚܝܐ ܒܡܬܒܥܝܢܘܬܗ ܕܡܪܘܬܐ. ܘܐܦܝܣ ܐܢܘܢ ܕܢܫܪܘܢܝܘܗܝ ܡܛܠ ܕܟܪܝܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܐܢܐ ܡܛܠ ܐܢܢܩܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܡܢܟܘܢ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܩܘܡ ܫܠܡܬ ܢܦܫܝ. ܘܗܫܐ ܕܝܗܒ ܐܠܗܐ ܫܝܢܐ ܠܥܕܬܗ ܒܫܝܢܐ. ܠܐ ܘܠܐ ܕܐܢܫ ܓܒܪܐ ܒܘܪܐ ܘܡܚܝܠܐ ܕܠܐ ܫܦܝܩ ܠܡܦܢܝܢܘܬܗ ܠܐܠܦܐ ܕܥܕܬܐ ܐܝܟ ܕܘܝܐ ܠܡܩܘܡ ܒܪܝܫܗ. ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܪܥܝܘ ܐܦܝ̈ܣܩܦܐ ܕܢܫܪܘܢܝܘܗܝ. ܢܦܠ ܥܠܝܗܘܢ ܩܠܐ ܐܠܗܝܐ. ܕܢܥܒܕܘܢܗ ܠܗܕܐ. ܘܐܦܝܣ ܐܦ ܠܡܪܘܬܐ ܕܢܟܝܐ ܐܢܘܢ. ܘܗܟܢܐ ܠܡܥܢܫ ܐܬܪܥܝܘ ܘܫܪܘܗܝ: ܘܐܣܪܚܘ ܠܐܢܫ ܕܫܡܗ ܐܝܣܚܩ. ܗܢܐ ܡܢ ܟܫܟܪ ܐܝܬܘܗܝ. ܓܒܪܐ ܡܝܬܪܐ ܘܢܨܝܚܐ. ܡܢ ܫܪܒܬ ܬܘܡܙܐ ܕܩܬܘܠܝܩܐ. ܘܟܕ ܐܦܝ̈ܣܩܦܐ ܐܣܪܚܘܗܝ ܢܫܡܫܝܘܗܝ ܠܩܝܘܡܐ ܐܝܟ ܒܪܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܗܘܐ ܩܕܡ ܩܘܡܐ ܣܒܐ. ܘܕܠܐ ܡܠܟܗ ܘܦܘܩܕܢܗ ܡܕܡ ܠܐ ܢܥܒܕ. ܘܥܒܕ ܗܟܢ ܗܘ ܐܝܣܚܩ. ܘܫܡܫܗ ܘܐܢܝܚܗ ܠܩܝܘܡܐ ܥܕܡܐ ܕܥܢܕ. ܘܦܫ ܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܒܪܝܫ ܡܕܒܪܢ. „ Pax facta est inter Arcadium, regem Graecorum, et Isdegerdem, regem Persarum, qui etiam persequebatur fideles. Missus porro fuit ad eum legatus Maruthas, Maiphercatae episcopus, vir sapiens et doctor admirabilis. Ejus autem adventus pacem procuravit christianis. Tunc, fovente Marutha, congregavit Caiumas omnes episcopos orientis et suasit eis ut eum, utpote debilem, a munere relaxarent. Aiebat enim: ego ex necessitate, quia nemo ex vobis (in sede) stare consentiebat, meipsum tradidi; nunc vero, quum Deus pace Ecclesiam suam donavit, aequum non est ut homo, sicut ego, imperitus et infirmus qui non valet gubernare, ut oportet, navem Ecclesiae, ei praefectus remaneat. Quum autem episcopi ad eum solvendum non acquiescerent, vox divina in eos delapsa est ut rem facerent et Maruthae suasit ut ipse eos cogeret, et sic vix deliberarunt ut Caiumam ab officio solverent. Tunc ordinarunt virum nomine Isaacum. Erat Isaacus e Cascara, vir virtute praeditus et illustris e familia Tomuzae Catholici. Postquam igitur episcopi eum ordinarunt, praeceperunt ei ut velut filius Caiumae seniori obsequium praestaret et absque ejus consilio et jussu nihil ageret. Quod fecit Isaacus qui et obsequium praestitit Caiumae eumque refocillavit donec obiit. Tunc remansit solus Isaacus regens Ecclesiam[1]. „

Ordinatus est porro Isaacus anno primo Isdegerdis, Christi 399 vel 400. Obiit autem, juxta Amrum, scriptorem Nestorianum, anno undecimo Isdegerdis, seu ipso anno, quo congregatum fuit concilium Seleuciense secundum. Amri autem continuator et Elias Nisibenus mortem Isaaci reponunt in anno sequenti.

Sic se habent perspicua Eliae Nisibeni verba[2] : „ ܐܝܣܚܩ ܗܢܐ ܐܬܬܣܝܡ

[1]) Cf. Amrus ap. Assemanum in *Biblioth. Orient.*, p. 364, sqq.

[2]) Elias Nisibenus *Chronographia* e cod. Musaei Britannici 7197, fol. 12. Quod testimonium mihi praebuit idem Doct. Abbeloos.

ܒܫܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܝܙܕܓܪܕ ܩܡ ܒܪܝܫܢܘܬܐ ܚܕܥܣܪܐ ܫܢܝܢ ܘܡܝܬ ܒܫܢܬ ܬܪܬܥܣܪܐ ܕܝܙܕܓܪܕ ܀ " Isaac iste constitutus fuit (episcopus Seleuciae) anno primo regni Isdegerdis et vixit in episcopatu undecim annis et defunctus est anno duodecimo Isdegerdis. "

Secunda Seleuciensis synodus congregata fuit anno XI Isdegerdis, Christi 410. De ea sic loquitur Bar-Hebraeus in Chronico inedito supra citato : " ܘܐܫܬܕܪ ܕܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܡܪܘܬܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܘܬ ܝܙܕܓܪܕ ܒܫܢܬ ܚܕܥܣܪܐ ܕܡܠܟܗ . ܘܐܘܕܥ ܠܐܝܣܚܩ ܩܬܘܠܝܩܐ ܥܠ ܥܠܬܗ ܕܣܘܢܗܕܘܣ . ܘܟܢܫ ܗܘ ܐܝܣܚܩ ܐܪܒܥܝܢ ܐܦܣܩܦ̈ܐ ܡܢ ܕܥܠܬܗ . ܘܐܝܟ ܡܗ̈ܝܡܢܐ ܠܐ ܡܬܒܣܪܢܐ ܫܠܡܘ ܠܡܦܪܫܘܬܗ ܕܡܩܕܘܢܝܘܣ . ܘܣܡ ܠܗܘܢ ܗܘ ܡܪܘܬܐ ܩܢܘܢܐ ܬܡܝܗܐ ܘܐܠܦ ܐܢܘܢ ܠܡܕܢܚܝܐ ܡܠܦܢܘܬܐ ܡܬܩܢܢܬܐ . ܘܟܕ ܫܡܫ ܐܝܣܚܩ ܚܕܥܣܪܐ ܫ̈ ܘܐܬܩܒܪ ܒܣܠܝܩ . " Et missus est secunda vice Maruthas Maiphercatae episcopus legatus ad Isdegerdem, anno regni ejus undecimo et notificavit Isaaco catholico synodi rationem. Congregavit igitur Isaacus quadraginta episcopos, qui tanquam fidei sectatores non spernendi, consenserunt depositioni Macedonii. Maruthas constituit eis canones admirabiles et edocuit orientales disciplinam bene ordinatam. Et cum ministerio functus esset Isaacus undecim annis, obiit et sepultus est Seleuciae. " Quum igitur, juxta omnia testimonia allata, Isaacus decesserit ante exortam Nestorii haeresim minus recte ab Assemano recensetur inter scriptores Nestorianos. Denique quum circa annum 420 Acacius, Amidae episcopus, legatus pro concilianda iterum pace inter utrumque imperium advenisset, tertia Seleuciensis synodus congregata est, cui praefuere Maruthas et Jaballaha, Seleuciae primas.

Hanc synodum memorat Dionysius, Jacobitarum patriarcha, his verbis : ܒܗ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܦܪܣܝܬܐ ܘܫܪܪܗ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܝܩܝܐ . ܪ̈ܫܢܐ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܡܪܘܬܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܘܝܗܒܐܠܗܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܩܛܝܣܦܘܢ . ܐܬܥܒܕܬ ܕܝܢ ܒܗ ܒܩܛܝܣܦܘܢ . " Per idem tempus (anno scilicet 731 non 725, ut vult Dionysius) celebrata fuit synodus persica, quae fidem nicaenam statuit. Praefuerunt illi synodo Marutas Maiphercatae et Jaballaha, catholicus Ctesiphontis. Habita vero fuit in ipsa urbe Ctesiphonte[1]. " In hac synodo nullus novus constitutus est canon, sed approbati dumtaxat fuerunt canones concilii praecedentis, ut asseritur in collectione arabica canonum synodalium : " Synodus Jaballahae catholici coacta fuit, quum Acacius, Amidae episcopus, pro pace inter utrumque imperium concilianda advenit. Adfuere porro in ea plures metropolitae et episcopi, quos inter Hosee, Nisibis metropolita. Nullos autem canones condidit, sed solum in ea, unanimi consensu, decretum fuit observandos esse occidentalium Patrum canones, et quidquid S. Isaac catholicus et

[1]) Ap. Assemanum, *Biblioth. Orient.*, t. III, part. I, p. 374.

Maruthas Maipharchinensis episcopus definierunt accurate custodiendum nec ulla ratione violandum esse[1]. „

Igitur tres Seleuciae sub Marutha habitae sunt synodi. Prima, in qua Caiumas sponte abdicavit, Isaaco ipsi subrogato, ut refert Bar-Hebraeus supra, celebrata fuit anno primo Isdegerdis, Christi 400. Tertia celebrata fuit anno Christi 420, ut probat Assemanus. Secunda, de qua nunc est accuratius dicendum coacta fuit anno undecimo Isdegerdis. In ea convenere episcopi quadraginta, ut patet ex titulo, qui refertur infra his verbis : „ Canones aliqui et regulae constitutae a synodo episcoporum Persarum habita in urbibus dominationis regum Persarum Seleucia et Ctesiphonte, in legatione Mar Maruthae Maiphercatae episcopi ad regem Isdegerdem, anno undecimo ipsius Isdegerdis, filii Saporis regis. „

Idem tradit Elias Damascenus, scriptor Nestorianus, qui saeculo IX vivebat[2] : „ Auctor editionis canonum episcoporum occidentalium quae orientalium manibus teritur Maruthas fuit Amidae et Maiapharchin episcopus, qui Patrum trecentorum decem et octo Nicaenorum canones ex graeco syriacos fecit ea tempestate quum ad Jezdegerdem, Persarum regem, Romanorum Imperatoris literas attulit : quo tempore Catholici locum tenebat Isaacus. Ambo itaque isti antistites in urbe Modaina[3] communi consilio facultatem a rege petieruut convocandi Synodum episcoporum Orientalium, in qua praedicti canones discuterentur, et de eorum receptione tractaretur. *Annuente rege, quadraginta Episcopi et Metropolitae ad Isaacum et Marutham convenere anno undecimo regni Jezdegerdis. In eo consessu quum Maruthas praedictos concilii Nicaeni canones Patribus audientibus legisset, et fidei regulam ab illo traditam exposuisset, Patres omnes eadem probavere communi suffragio et unanimi consensu, et contradicentes anathematizarunt*. Inde in volumen redacti canones et fidei formula, ab omnibus et singulis metropolitis et episcopis juxta cujusque gradum manu propria subscripti et proprio nomine ac sigillo signati fuere. „

Abulpharagius Bennatibus, monachus Nestorianus, qui saeculo XI claruit, in *Indice constitutionum, statutorum, et canonum conciliorum Occidentalium et Orientalium* de synodo Isaaci ita scribit : „ *Isaaci catholici seu primatis Seleuciae et Ctesiphontis canones sex supra viginti editi in synodo Seleuciae habita anno Christi* 410 *sub eodem Isaac et Marutha episcopo Tagritensi*[4]. „ Expressius

[1]) Ap. Assemanum, *Biblioth. Orient.*, t. III, part. I, p. 374.

[2]) Ap. Assemanum, *Biblioth. Orient.*, t. III, part. I, p. 367.

[3]) *Modaina*, hoc nomine arabice designatur urbs Seleucia, ut docet Assemanus, *Bibl. Orient.*, t. III, part. II, p. 622.

[4]) Ap. Al. Assemanum, *Catal. codd. Orientt. Bibliothecae mediceae*, p. 94.

rem definit Elias Nisibenus, scriptor Nestorianus saeculi IX, hisce verbis[1] : ܫܢܬ ܬܫܟܐ. ܒܗ ܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܕܡܪܝ ܡܪܘܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܝܦܪܩܛ. ܘܫܪܪܘ ܠܩܢܘ̈ܢܐ ܕܥܕܬܐ ܘܚܕܬܘ ܐܢܘܢ ܒܝܘܡ ܬܠܬ ܒܫܒܐ ܩܕܡܐ ܕܫܒܛ " *Anno* 721 *Graecorum* (Christi 410) *congregata fuit synodus Mar Isaaci catholici et Mar Maruthae, Maiphercatae episcopi, confirmarunt porro canones ecclesiae et renovarunt eos feria tertia hebdomadis, die prima februarii.* "

Eumdem annum assignat Amrus, scriptor Nestorianus saeculi XIV. Textum arabicum ita vertit Assemanus[2] : " *Quamobrem Synodum quadraginta Episcoporum et Metropolitarum ex variis locis convocavit anno undecimo regis Isdegerdis, eaque in festo Natalis Domini celebrata fuit, Marutha etiam praesente.* " Haec Amrus, qui eodem loco tradit Marutham illud celebrasse concilium, durante legatione quam ab Arcadio acceperat. Sed quum Arcadius mortuus fuerit anno 408, videtur pro Arcadio reponendum esse Theodosium juniorem. Putat tamen J. S. Assemanus hoc testimonium non proprium Amri foetum esse sed alicujus anonymi, qui historiam ab Amro conscriptam in nonnullis auxit. Sed quidquid de auctore isto dicendum sit, remanet tamen verum convenire ejus testimonium cum ceteris in anno designando, quo celebratum fuerit concilium Seleuciense.

At Muratorius, qui primus versionem imperfectam hujus concilii a se in Codice quodam manuscripto repertam vulgavit in suis *Antiquitatibus Italicis medii aevi*, t. III, p. 976, difficultatem movit ex Theophano narrante Isdegerdi delatum fuisse regnum Persarum eodem anno, quo Arcadius, Theodosii magni filius, patri in imperio successit, hoc est anno Christi 395. Cum ergo, pergit Muratorius, annus Isdegerdis undecimus in annum Christi 405 incidat, eodem anno celebrata fuerit haec synodus. Haec Cl. Muratorii conjectura facile refelli potest, si probetur Isdegerdem 21 annos regnasse et mortuum esse anno Christi 420. Nam si haec vera stent, annus Isdegerdis undecimus in annum Christi 410 incidit. Jam autem utrumque facile demonstratur. Et primo quidem Isdegerdem 21 annos regnavisse tradunt Gregorius Bar-Hebraeus[3], Agathias, Nikli Ben-Massoud[4], Elias Damascenus[5], alii.

Ad mortem autem Isdegerdis quod attinet, tradunt communiter auctores Isdegerdem e vivis excessisse circa annum 420. Et etiamsi cetera testimonia deficerent, hoc evidentissime probaretur ex *Actis Martyrii S. Jacobi Intercisi*, in quibus legimus : ܐܬܟܠܠ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܥܠܝ ܫܒܬܐ ܡܫܠܡܢܘܬܐ

[1]) Elias Nisibenus in *Chronographia* inedita. Vid. supra, p. 1, not. 2.

[2]) *Bibliotheca Orientalis*, t. III, part. I, p. 367.

[3]) Vid. Gregorii Bar-Hebraei *Chronicon syriacum* a Bruns et Kirsch editum, p. 70.

[4]) Vid. Sylvestre de Sacy, *Notices et extraits des manuscrits*, t. II, p. 335.

[5]) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.* t. III, p. I, p. 375.

ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪ̈ܬܝܢ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܗܝ ܫܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܘܪܗܪܢ ܡܠܟܐ ܦܪܣܝܐ ܒܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥܐ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ ܒܝܘܡ̈ܬܐ ܫܒܘܥ ܥܪܘܒܬܐ. „ Coronatus est autem inclytus martyr Jacobus, anno Alexandri septingentesimo trigesimo secundo, qui cum anno Vararanis, Persarum regis, primo convenit, sub die vicesima septima novembris, juxta Graecorum supputationem, feria sexta. „ Nimirum anno Christi, secundum Graecos, qui anni principium a kalendis octobris computant, 422, secundum Latinos vero, qui annum a januario auspicantur, 421, quo feria sexta in diem 27 novembris incidit[1].

II. DE AUTHENTIA CANONUM CONCILII SELEUCIENSIS.

Primus hujus concilii editor Muratorius canones Seleucienses ut dubium monumentum protulit. Sic enim in Praefatione ait : „ Peto veniam si figmentis hisce (de quibus in eadem Dissertatione egerat) subnecto, non figmentum quidem, sed dubium monumentum, videlicet synodum syriacam, nemini, ut reor, hactenus visam, quam immortalis memoriae Fredericus Cardinalis Borromaeus, Archiepiscopus Mediolanensis, e Syrorum lingua in Latinum sermonem convertendam curavit, atque in Ambrosianam bibliothecam a se institutam intulit, unde illam ego hausi. Atque utinam synodus ista uti venerandam prima facie antiquitatem praefert, ita germanus et revera vetustissimus foetus dicenda foret. Verum hoc praestare nequeo, metuens ne Cardinali doctissimo lusum luserit Syrus aliquis spe lucri ex hujusmodi merce concepta[2]. „

Muratorii dubia prorsus removentur testimoniis, quae attulimus in disquisitione de anno celebrati concilii Seleuciensis ; juvat tamen alia quaedam addere ne ullus ambigendi remaneat locus. Jam mentionem concilii Seleuciensis invenimus apud Simeonem, scriptorem orthodoxum, qui ecclesiam Beth-Arsamensem in Perside rexit ab anno 510 ad annum 525. Is namque in *Epistola de Haeresi Nestoriana*, postquam docuisset Nestorianos defecisse a vera fide in conciliis stabilita, ait : ܘܩܒܠܘ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܗܕܐ ܘܡܪܘܬܐ ܩܕܡܝ ܡܪܘܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘ ܕܐܫܬܕܪ ܗܘܐ ܩܐܡ ܡܪܗܘܡܝܐ ܡܢ ܩܣܪ ܡܠܟܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܠܘܬ ܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟ ܡܠܟܐ ܒܫܢܬ ܚܕܥܣܪܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܘܩܡ ܐܪܒܥܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܐ ܕܦܪܣܝܐ. „ *Quam etiam* (fidem) *amplexi sunt sub Marutha episcopo, qui a Caesare Romanorum Imperatore ad Isdegerdem, Regem regum, anno regni ejus undecimo ablegatus fuit, confirmaruntque quadraginta episcopi ditionis Persarum*[3]. „

Cum autem synodus Seleuciensis praecesserit tempora, quibus exortae

1) Vid. Steph. Evodii Assemani, *Acta Martyrum Orientalium*, t. I, p, 241.

2) Vid. L. A. Muratorii *Antiquitates Ital. medii aevi*, t. III, p. 976.

3) Ap. Assemani *Biblioth. Orient.*, t. I, p. 355.

sunt haereses Nestorii et Eutychetis, idcirco illius canones eadem veneratione suscipiuntur a Jacobitis et Nestorianis aeque ac a catholicis.

Scriptores Nestoriani canones hujus concilii referunt in suis canonum collectionibus. Hoc faciunt Elias Damascenus et Abulpharagius Bennatibus, quorum verba jam recitavimus[1]. Ebed-Jesu, in sua[2] *Canonum collectione*, tract. VIII, cap. 17, e *synodo Isaaci*, quam ita appellat quia Isaacus ei praefuit, verbotenus recitat canones 3^m^ et 27^m^; et tract. VI, cap. 6, can. 16, integre recitat canonem 4; tract. VIII, capp. 1 et 9 verbotenus fere exscribit canonem 3^m^; et tract. IX, cap. 5. canonem 8^m^; insuper alios recitat canones in codice nostro omissos, quos ad finem nostri opusculi apposuimus. In eodem libro tract. VIII, cap. 15, Ebed-Jesu ait : „ Istos porro metropolitas Garmaeorum scilicet et Ardabadenorum, alterum post alterum confirmavit *synodus Isaaci*. Mentionem quoque faciunt *synodi Isaaci Patres*, tum Persidis, tum Maruae, non quasi metropolitanarum, sed quasi celeberrimarum sedium episcoporum. „ Verba syriaca accipe : ܘܠܗܠܝܢ ܡܝܛܪ̈ܘܦܘܠܝܛܐ ܚܕ ܒܬܪ ܚܕ ܫܪܪ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܐܝܣܚܩ. ܠܗܕܝܢ ܣܘܢܗܕܝܩ̈ܝܐ ܕܐܝܣܚܩ ܕܦܪܣ ܘܕܡܪܘ ܡܕܟܪܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܡܝܛܪ̈ܘܦܘܠܝܛܐ ܐܠܐ ܐܝܟ ܡܫܡ̈ܗܐ ܕܟܘܪ̈ܣܘܬܐ. Putaverim synodi Isaaci Patres mentionem harum sedium fecisse in *Actis* concilii, quae hucusque nos latent; nam in *canonibus* nullum hujus rei vestigium apparet. Mentionem quoque Synodi Seleuciencis facit Ebed-Jesu in *Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum*[3].

Alter Nestorianus scriptor, Mares Salomonis, de Maris Apostolorum discipuli praedicatione loquens, synodum Seleuciensem memorat his verbis : „ Ideoque sedes Cascarae reliquis sedibus praecedit : etsi alii dicunt, sedium ordinem non ante definitum fuisse, quam sanctus Maruthas Maiapharchinensis episcopus *concilium cum sancto Isaaco Catholico celebrasset; et in eo quidem concilio canones conditos;* quorum unus is erat, ut Cascarae Episcopus omnium Episcoporum primas teneret, sedisque Patriarchalis custos esset[4]. In canonibus concilii Seleuciensis, quos habemus, sermo non fit de episcopo Cascarae, sed quum episcopus Cascarae esset Metropolita, ad eum Mares retulerit quae generaliter concilium de Metropolitis statuit. Quod autem addit Mares statuisse concilium Seleuciense, ut Episcopus Cascarae sedis patriarchalis custos esset, figmentum est Nestorianorum, cum nullus tum existeret in his regionibus Patriarcha.

Audiatur tandem Amri interpolator, qui causam et occasionem celebrati Seleuciensis concilii ita descri-

[1]) Supra, col. 7 et 8.

[2]) Ista *collectio* syriace et latine edita est in Ang. Maï *Scriptorum veterum nova collectione*, t. X.

[3]) Vid. J. Assemani *Biblioth. Orient.*, t. III, part. II, p. 279.

[4]) Vid. J. Assemani *Biblioth. Orient.*, t. III, part. II, p. 23.

bit: „Accidit ut Jezdegerdes Persarum rex in morbum incideret, quem quum Persae medici curare non potuissent, (nam medici christiani plerique sub Saporis regno interfecti fuerant, reliqui in alienas terras profugerant,) Rex Imperatorem Romanorum, ut peritum medicum ad se mitteret, etiam atque etiam rogavit. Missus est Maruthas Episcopus Maiapharchinensis, vir doctrina et pietate clarissimus ac peritissimus medicus. Venerat jam pridem ad aures Arcadii Imperatoris Romanorum, quae mala in Persarum regionibus christiani paterentur et alios quidem saevissimis quaestionibus fuisse subjectos, alios vero interfectos, aut exulare compulsos. Id enim vero Imperator aegre ferebat, angebaturque, quod nulla occurreret via ferendae opis. Ea igitur oblata occasione, ad Jezdegerdem hanc scripsit epistolam, etc. eamque Maruthae ut perferret praecepit. Quum ergo Maruthas ad Regem venisset, eumque curasset et morbum feliciter depulisset, epistolam eidem legendam porrexit. Qua perlecta Rex vehementer laetatus est, postulatisque annuit, et munera insuper Imperatori perferenda adjecit. Eo modo sublata persecutione, quam hactenus Christiani passi fuerant, et pace restituta, simul patefacta est via Isaaco Patriarchae perficiendi quod olim in votis habuerat, condendique canones ad tuendam religionem utiles. *Quamobrem synodum quadraginta Episcoporum et Metropolitarum ex variis locis convocavit anno undecimo Regis Jezdegerdis : eaque in festo Natalis Domini celebrata fuit, Marutha etiam praesente. Duos itaque et viginti canones unanimi omnium Patrum suffragio constituit de iis, quae ad gubernationem Ecclesiae Orientalis necessaria judicavit : quos quum legisset Maruthas, mirifice probavit : dein vicissim omnes Patrum Occidentalium canones ejusdem Synodi Patribus obtulit*, et illi rursus canones et expositiones apud Patres Orientales repertas exhibuere, quas nimirum apud Graecos minime exstare constabat[1].“ Abulpharagius Bennatibus cum codice nostro numerat canones XXVI. Amri autem interpolator numerat tantum XXII. Haec tamen conciliari possunt, si nempe dicatur Amri interpolatorem nonnullos canones in unum conjunxisse, quod saepe fit in collectionibus canonum orientalium. Igitur ex hac parte nulla difficultas adversus genuitatem canonum Seleuciensium suscitari potest.

Scriptores Jacobitae saepius etiam provocant ad canones Seleucienses. Sic Bar-Hebraeus, non solum concilium Seleuciense memorat in *Chronico*, sed in *Nomocanone*[2], cap. I, sect. 4 citat canonem 17; cap. V, sect. 5 citat canones 18, 20 et 21; cap. VI, sect. 2 citat canonem 10; cap. VII, sect. 6

[1]) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.*, t. III, part. I, p. 366. Usi sumus versione Assemani, qui ibidem praebet textum arabicum.

[2]) *Nomocanon* Bar-Hebraei latine editus est in Ang. Maï *Veterum scriptorum nova collectione*, t. X.

citat canonem 19. Hos autem canones sub nomine *Persarum* profert Bar-Hebraeus, quia Synodus Isaaci et Maruthae ex episcopis Persidis conflata erat. Hinc ad finem ipsius synodi legimus : « Absoluti sunt canones a *synodo episcoporum Persarum* constituti. » Alios eidem concilio canones tribuit Bar-Hebraeus qui non sunt in nostro codice, quos tanquam appendicem ad finem nostri opusculi adjiciemus.

Authentia denique canonum Seleuciensium exinde firmatur quod exstant in pluribus codicibus. Exstant enim in praestanti codice Parisiensi VIII[i] saeculi unde eos descripsimus ; atque in codice Mediolanensi ex quo symbolum produxit Em. Card. Pitra in *Juris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta*, Romae 1864, p. XLVI ; et tandem in codice arabico 36, quem describit J. S. Assemanus, *Biblioth. Orient.*, t. II, p. 507.

CONCILII SELEUCIENSIS ANNI 410

CANONES.

(E CODICE PARISIENSI, SUPPLEM. CODD. SYRR. N. 29. ANCIEN FONDS S[t]-GERMAIN, N. 38, FF. 481-490).

ܠܘܬ ܩܢܘܢܐ ܡܕܡ ܡܕܡ ܘܢܡܘܣܐ ܀ ܕܐܬܬܣܝܡܘ ܡܢ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܀ ܕܗܘܬ ܒܣܠܝܩ ܘܒܩܛܝܣܦܘܢ ܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܀

Canones[1] aliqui et regulae, quae fuerunt constitutae a synodo Episcoporum Persarum habita in urbibus dominationis regum Persarum Seleucia et Ctesiphonte[2], in legatione

ANNOTATIONES.

[1]) Titulus minio scriptus est. Sed puncta litteris apposita atramento depicta sunt.

[2]) Ad voces ܒܣܠܝܩ ܘܒܩܛܝܣܦܘܢ amanuensis hanc apposuit notam, quae parti paginae inferiori subjecta legitur ܀ ܚܕܐ ܡܢ ܗܝ ܓܝܣܐ ܕܢܗܪܐ ܘܚܕܐ ܡܢ ܠܗܠ . ܩܛܝܣܦܘܢ ܘܣܠܝܩ ܩܪܝܢ ܠܗ ܀ ܐܠܐ ܚܕܐ ܐܝܬܝܗ̇ . ܙܒܢܐ ܕܝܢ ܕܗܠܝܢ ܩܢܘ̈ܢܐ ܦܪ̈ܣܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܙܒܢܐ ܗܘ ܕܒܬܪ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ✦ « Quae in una fluminis ripa (sita est) Ctesiphontem, quae in altera Seleuciam vocant, sed una est (urbs). Tempus autem horum canonum Persarum, est tempus illud quod (effluxit) post synodum centum et quinquaginta (episcoporum). » Concilium centum et quinquaginta episcoporum est concilium Constantinopolitanum primum, quod adversus Macedonianos sub Theodosio Magno anno 381 congregatum fuit.

Seleucia et *Ctesiphon* duae urbes, aut potius duae partes vel duo nomina sunt unius ejusdemque urbis, quae super utramque Tigridis ripam sita erat in eo loco ubi Euphrates per canalem perducitur in Tigrim, non multum distans tum ab urbe, quam hodie Bagdadum vocant, tum ab antiqua Babylone, quae ad Euphratem exstructa erat.

Seleucia, syriace ܣܠܝܩ, ܣܠܝܩܘܣ, ܣܠܝܩܘܣܝܐ, a Seleuco Nicatore ejus conditore nomen accepit, ut testatur Plinius lib. VI, c. 26 : « Babylon ad solitudinem redit exhausta vicinitate Seleuciae, ob id conditae a Nicatore intra nonagesimum lapidem in confluenti Euphratis fossa perducti atque Tigris, quae tamen Babylonia cognominatur. » Gregorius Bar-Hebraeus dicit : « Mares

ܒܐܝܕܘܬܗ ܕܡܪܝ ܡܪܘܬܐ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܕܡܝܦܪܩܛ ܠܘܬ ܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ .
ܒܫܢܬ ܚܕܥܣܪܐ ܕܡܠܟܗ ܕܝܙܕܓܪܕ ܒܪ
ܫܒܘܪ ܡܠܟܐ ܀

ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܣܩܘܦܐ ܐܪܒܥܝܢ ܒܣܠܝܩ
ܘܒܩܛܝܣܦܘܢ. ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܪ̈ܝܫܢܝܗܘܢ
ܐܝܣܚܩ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܪܝܫ ܐܦܣܩܘܦܐ :
ܕܡܚܘܙܐ ܕܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܘܡܪܘܬܐ

Mar[1] Maruthae, Maphercatae[2] episcopi, ad Regem Isdegerdem, anno undecimo[3] ipsius Isdegerdis, filii Saporis Regis.

Congregati sunt episcopi quadraginta Seleuciae et Ctesiphonti. Eorum autem praesides erant Isaacus, *Catholicus*[4] et archiepiscopus ipsius Seleuciae et Ctesiphontis, et Maruthas,

ANNOTATIONES.

primum docuit Beth Garmenses... Deinde Seleuciam urbem petiit, Persarum regiam, quam olim Seleucus unus puerorum Alexandri magni condidit, eique proxima postea aedificata fuit urbs altera, quam Ctesiphontem appellant... ibique multos baptizavit. » Mares, Salomonis filius, addit Seleuciam ad Orientem solem positam esse, Ctesiphontem vero ad Occidentem. Ctesiphon, Parthorum quondam regia, interjecto tantum amne, a Seleucia separabatur, unde nonnisi una urbs cum ea reputabatur; ut autem vitaretur confusio, quia nomine Seleuciae quatuor urbes veniebant, utriusque et Seleuciae et Ctesiphontis nomina conjungbant auctores, ubi de Seleucia Babylonica loqui volebant.

Seleucia seu Ctesiphon verae fidei lumen a Mari, Apostolorum discipulo, accepit, ut testantur auctores Syri, Bar-Hebraeus, Amrus, et Mares Salomonis. Postea sedes facta est archiepiscopi, qui patriarchae Antiocheno subjiciebatur. Tempore concilii Seleuciensis, quod in lucem nunc proferimus, metropolita Seleuciae et Ctesiphontis erat S. Isaacus, qui concilio praefuit. De Seleucia et Ctesiphonte agit J. S. ASSEMANUS in *Dissertatione de SyrisMonophysitis*, p. 108, et in *Dissertatione de Syris Nestorianis*, p. 18, 26 et 622.

¹) ܡܪܝ *Mar*, proprie *Dominus meus*, gallice *Monseigneur*, honoris appellatio est, quae, apposita iis qui sancti non sunt, episcopalis dignitatis nota est, ut docet J. S. Assemanus, *Biblioth. Orientali*, t. I, p, 14. Nestoriani hac appellatione etiam monasteriorum praefectos seu abbates decorant, ut videre est ap. Ebed-Jesu *Collect. canonum*, tr. VII, cap. 3, et in *Biblioth. Orient.*, t. III, passim.

²) ܡܝܦܪܩܛ *Maiphercat*, vel ܡܝܦܪܩܬܐ *Maipheracta*, seu ܡܝܦܪܩܝܢ *Maipherchin*, arabice ميافارقين *Maiapharchin*, teste Abulpheda, ad austrum montis, quem Dionysius in Chronico *Saium* appellat, Mesopotamiae urbs, septem dierum itinere a Mosul per Marden distans, eodem Abulpheda teste, qui eam brevitatis causa فارقي *Pharchi* etiam vocari testatur. *Macephrata* dicitur Ammiano. Ita J. S. ASSEMANUS in *Dissert. de Monophys.*, p. 92. *Martyropolis* a graecis dicta fuit, postquam S. Maruthas reliquias martyrum, qui sub Sapore et aliis passi fuerant, in hac urbe deposuit, ut testatur RENAUDOTIUS in *Liturg. Orient. Coll.* t. II, p. 270, qui tamen perperam *Maiphercat* cum *Beth-Garmai* confundit. Quamvis autem S. Maruthas episcopus dicatur Maipheractae et Tagriti, inde tamen concludendum non est Tagritum a Maipheracta non fuisse distinctam. Nam diversas esse urbes norunt omnes, qui Mesopotamiam lustrarunt, et diserte docet Abulpheda apud J. S. ASSEMANUM, loc. mox cit. Non ubique secum consentit J. S. ASSEMANUS; nam in *Diss. de Monophys.*, p. 54, docet Tagritum eamdem esse cum Martyropoli, et p. 112 contrarium tenet.

³) Annus Isdegerdis undecimus anno aerae vulgaris 410 correspondet, ut supra ostendimus.

⁴) ܩܬܘܠܝܩܐ, *Catholicus*, vox origine graeca

ܐܚܘܗܝ ܘܝܬܒܘ ܒܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܡܚܘܙܐ
ܕܣܠܝܩ ܘܕܩܛܝܣܦܘܢ ܒܝܪܚ ܫܒܛ
ܒܬܠܬܐ ܒܫܒܐ . ܘܟܕ ܩܪܘ ܐܓܪܬܐ
ܕܐܫܬܕܪܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܥܪܒܐ : ܡܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܒܐܪܥܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ :
ܘܟܬܝܒܝܢ ܗܘܘ ܩܢ̈ܘܢܐ ܗܠܝܢ ܕܐܬܬܣܝܡܘ
ܒܡܥܪܒܐ . ܣܡܘ ܗܢܘܢ ܩܢ̈ܘܢܐ ܗܠܝܢ
ܕܟܬܝܒܝܢ ܡܢ ܠܬܚܬ ܀

ܐ ܀ ܒܟܠܗܘܢ ܥܕ̈ܬܐ ، ܢܬܩܪܒ ܨܠܘܬܐ
ܘܒܥܘܬܐ ܘܬܚܢܢܬܐ ܘܬܟܫܦܬܐ ܬܬܩܪܒ

frater ejus. Et sederunt in ecclesia magna ipsius Seleuciae et Ctesiphontis in mense *schebot* (februario), feria hebdomadis tertia. Quum autem legissent epistolam, quae ad eos ex Occidente[1] missa fuerat ab episcopis in terra Romanorum congregatis, in qua inscripti erant canones in Occidente constituti, ipsi constituerunt canones infra scriptos.

1*. In omnibus ecclesiis *oratio et postulatio et supplicatio et preces offe-*

ANNOTATIONES.

nomen indicans dignitatis ecclesiasticae, quam qui obtinet, soli patriarchae subjectus, archiepiscopis et episcopis superior efficitur, eodemque fere loco habetur ac primates Latinorum.

Putat J. S. Assemanus hujus nominis originem a temporibus Constantini magni, non autem Justiniani ut putavit Renaudotius, esse repetendam. Et revera Catholici institutionem Justiniano esse antiquiorem patet ex nostris canonibus; quibus addere possumus canones Dad-Jesu, qui sedem Seleuciensem rexit ab anno 430 ad annum 465, et canones arabicos concilii Nicaeni 38 et 40, in quibus privilegia dignitatis Catholici recensentur. Scriptores Nestoriani, Amrus, Ebed-Jesu, Timotheus Patriarcha, quos sequitur ex Jacobitis Bar-Hebraeus, dignitatis Catholici institutionem repetunt ab epistola quam scripserint Patres occidentales ad Jabachuem, qui sedem Seleuciensem rexit ab anno 125 ad 140 aerae vulgaris. Et revera sedes Seleuciensis primaria Persidis jam tunc fuisse apparet; attamen dignitas Catholici nondum instituta fuerit. Nam, praeterquam quod epistola ab istis auctoribus recitata conficta ab Assemano demonstratur, Simeon Barsaboe, qui sub Constantino magno anno 330 passus est, in *Actis martyrum orientalium,* Seleuciae *archiepiscopus,* non autem *Catholicus,* nominatur. Vide haec omnia erudite discutientem J. S. Assemanum, *Biblioth. Orient.*, t. III, part. I, p. 51-60.

Cum Nestorianorum et Monophysitarum errores Orientem invaserunt, tres Seleuciae fuerunt episcopi Catholici titulo insigniti: unus Nestorianorum, Monophysitarum alter, tertius Orthodoxorum. Catholicus Monophysitarum primum post patriarcham locum occupavit; alio nomine *Maphrianus* (ܡܦܪܝܢܐ) hodie vocatur. Nestoriani Catholici nomen suo patriarchae tribuerunt. Seleuciensis Orthodoxorum Catholicus usque ad saeculum decimum Patriarchae Antiocheno subjiciebatur. De potestate et privilegiis Catholici sermo erit infra ad can. 8.

[1]) ܡܥܪܒܐ *Occidens,* scilicet respectu Syrorum Persidis et Chaldeae. Idcirco hac denominatione veniunt non tantum illa pars imperii romani quae imperium Occidentis constituit, sed etiam altera ejusdem imperii pars, quae Asiam minorem Syriam et Aegyptum complectens imperium Orientis efformavit. De quanam epistola sermo hic habeatur, non ita facile quis dixerit. Feruntur quidem apud Nestorianos duae epistolae Occidentalibus adscriptae, sed utraque fictitia est et neutra continet canones in Occidente latos.

*) Numeri, quibus canones distinguuntur, literis rubro colore depictis in Codice indicantur. Deest in Codice numerus ܐ,quem de meo addidi.

ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ . ܚܠܦ ܡ̈ܠܟܐ
ܘܫܠܝ̈ܛܢܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܝܢܐ ܚܝܐ ܘܫܠܝܐ
ܢܕܒܪ ܒܟܠܗ ܚܣܝܘܬܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ .
ܘܗܢܘܢ ܠܐ ܢܬܪ̈ܥܘܢ ܪ̈ܥܝܢܐ ܪܡܐ ܘܩܫܝܐ
ܥܠ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ .

ܒ ✧ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܬܬܦܪܫܬ ܡܢܗܘܢ
ܕܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܦܪ̈ܣܝܐ . ܡܗܝܡܢܝܢܢ ܒܚܕ
ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ . ܗܘ ܕܒܒܪܗ ܥܒܕ
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ . ܘܒܗ ܐܬܬܩܢܘ ܥ̈ܠܡܐ ܕܠܥܠ
ܘܕܠܬܚܬ . ܘܒܗ ܥܒܕ ܢܘܚܡܐ ܘܚܕܘܬܐ
ܠܟܠܗ ܒܪܝܬܐ . ܘܒܗ ܒܒܪܗ ܝܚܝܕܝܐ ܗܘ
ܕܐܬܝܠܕ ܡܢܗ : ܗܢܘ ܕܝܢ ܡܢ ܐܝܬܘܬܐ
ܕܐܒܘܗܝ . ܐܠܗܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ . ܢܘܗܪܐ ܕܡܢ
ܢܘܗܪܐ . ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ .
ܐܬܝܠܕ ܘܠܐ ܐܬܥܒܕ . ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܟܝܢܐ

rantur[1] *coram Deo vivo et sancto pro regibus et principibus, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et justitia*[2], utque ipsi non excogitent consilia superba et dura adversus populum Dei[3].

2. *Fides, quae definita fuit ab Episcopis Persidis*[4]. Credimus in unum Deum Patrem omnitenentem[5], qui per Filium suum fecit coelum et terram; et per ipsum conditi sunt mundi, superior et inferior[6]; per ipsum etiam resurrectionem fecit et gaudium universo mundo; et in Filium ejus unicum ex eo genitum, hoc est ex essentia Patris sui, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum et non factum, consubstan-

ANNOTATIONES.

[1]) ܐܬܬܦܪܫ . Ita habet Codex, forma nempe singulari pro plurali adhibita, quod Syris non est insolitum. Vid. Bernstein *Chrestomathia syriaca*, p. 3. Lipsiae 1832.

[2]) I Tim. II, 1-3.

[3]) In Codice mendose scribitur ܥܡܗ cum puncto supra posito.

[4]) Hae voces in codice minio exaratae sunt.

ܗܝܡܢܘܬܐ *fides* seu *symbolum fidei*. Fides enim, quod saepe fit, hic sumitur objective pro ipsis veritatibus fide credendis. Eodem modo symbolum fidei a Nicaena synodo compositum infra vocatur *fides Patrum trecentorum decem et octo.* Patres autem Seleucienses suum symbolum confecisse putem tum ex symbolo Nicaeno, tum ex symbolo Constantinopolitano, nonnullis vel additis, vel omissis, vel paulo aliter expressis. Ad ea quae addita sunt pertinet gravis definitio de processione Spiritus sancti *ex Filio*, quae res quanti sit momenti nemo non videt. Ceterum de ea fusius statim dicemus.

Quinam autem fuerint episcopi, qui hanc fidei professionem emiserunt, nobis non innotescit. Illud dumtaxat ex inscriptione patet Persas fuisse istos episcopos, eorumque capita fuisse S. Isaacum, Seleuciae archiepiscopum, et S. Marutham Tagritensem. Ceterorum nomina nos latent.

[5]) ܐܚܝܕ ܟܠ proprie *Omnitenens*. Saepius autem, ubi Latini Deum *Omnipotentem* appellant, Syri *Omnitenentem* dicunt. Quae est causa cur Assemanus ܐܚܝܕ ܟܠ absque discrimine nunc *Omnipotentem*, nunc *Omnitenentem* vertat. Ubi tamen Syri strictius loqui volunt, pro *Omnipotente* dicunt ܡܫܟܚ ܟܠ et pro *Omnitenente* ܐܚܝܕ ܟܠ. Quandoque utramque epitheton adhibent.

[6]) ܥ̈ܠܡܐ verbotenus *mundi qui supra et infra*, hoc est, per ipsum condita sunt quae in coelo et quae in terra, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ut habet symbolum Nicaenum.

ܕܐܒܘܗܝ . ܗܘ ܕܡܛܠܬܢ ܒܢܝܢܫܐ ܗܠܝܢ ܕܐܬܒܪܝܘ ܒܐܝܕܘܗܝ: ܘܡܛܠ ܦܘܪܩܢܢ ܢܚܬ ܘܠܒܫ ܦܓܪܐ ܘܗܘܐ ܒܪܢܫܐ . ܘܚܫ ܘܩܡ ܠܝܘܡܐ ܬܠܝܬܝܐ . ܘܣܠܩ ܠܫܡܝܐ ܘܝܬܒ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܐܒܘܗܝ . ܘܐܬܐ ܕܢܕܘܢ ܡܝܬܐ ܘܚܝܐ . ܘܡܘܕܝܢܢ ܒܪܘܚܐ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ . ܦܪܩܠܛܐ ܚܝܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ . ܒܚܕܐ ܬܠܝܬܝܘܬܐ . ܒܚܕܐ ܐܝܬܘܬܐ . ܒܚܕ ܨܒܝܢܐ . ܒܚܕ ܫܠܡܝܢ ܠܫܘܡܠܝܘܬܐ

tialem Patri[1], qui propter nos homines per manus ejus creatos; et propter nostram salutem, descendit, et corpus induit, et homo factus est, et passus est, et resurrexit tertia die, et ascendit in coelum conseditque ad dextram Patris sui, et veniet judicare vivos et mortuos. Confitemur etiam Spiritum vivum et sanctum, Paracletum vivum, QUI EX PATRE ET FILIO[2], in una Trini-

ANNOTATIONES.

[1]) ܒܪ ܟܝܢܐ proprie *Filius naturae*, *consors naturae*, eamdem cum Patre naturam, essentiam possidens, uno verbo *consubstantialis*. Notandum autem, quum Syri careant vocibus, quibus vocem ὁμοούσιον *consubstantialem* exprimant, idcirco si Verbum Patri esse *Consubstantialem* significare velint, dicunt Verbum esse *Filium naturae* seu *Essentiae* Patris. Ita in Symbolo, quod Josephus II, Chaldaeorum Patriarcha Orthodoxus, in *Missale Chaldaico*, p. 279, descripsit, dicitur: « Credimus in Deum Patrem... et in Filium ejus unicum, filium primogenitum omnis creaturae... Deum verum de Deo vero, ܒܪܟܝܢܐ ܕܐܒܘܗܝ *Filium naturae Patris sui.* » In symbolo Nicaeno, quem ex antiquissimo Codice syriaco edidit D. H. COWPER, Londini 1857, p. 4, legimus: ܡܗܝܡܢܝܢ ܐܢܐ ܒܚܕ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ . ܥܒܘܕܐ ܕܟܠܗܝܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܘܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ . ܘܒܚܕ ܡܪܝܐ ܝܫܘܥ . ܡܫܝܚܐ ܒܪܐ ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܠܗܐ . ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܒܐ ܝܚܝܕܝܐ ܗܢܘ ܕܝܢ ܡܢ ܐܝܬܘܬܗ ܕܐܒܐ . ܐܠܗܐ ܡܢ ܐܠܗܐ . ܢܘܗܪܐ ܡܢ ܢܘܗܪܐ . ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ . ܕܐܬܝܠܕ ܘܠܐ ܐܬܥܒܕ . ܒܪܐܝܬܘܬܐ ܕܐܒܐ .
« Credimus in unum Deum Patrem omnitenentem, factorem omnium visibilium et invisibilium et in unum Dominum Jesum Christum Filium unicum Dei, Qui natus est ex Patre unicus, hoc est, ex essentia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, FILIUM ESSENTIAE PATRIS. » Eodem modo in symobolo Constantinopolitano (ap. Cowper, l. c.) vox ὁμοούσιος per ܒܪܐܝܬܘܬܐ exprimitur. Merito in hanc rem monet J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.*, t. I, p. 111: « Dictioni graecae ομοουσιον vocem exacte respondentem Syrorum sermo non habet nec patitur. Syri qui consubstantialitatem Verbi asseruerunt, adhibent voces: ܫܘܐ ܒܐܘܣܝܐ *aequalis in essentia*, ita in editione Syriaca symboli Nicaeni; ܒܪ ܟܝܢܐ *filius Naturae*, id est, consors naturae. »

[2]) ܘܡܘܕܝܢܢ ܒܪܘܚܐ...... ܕܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ . His verbis docent Patres Seleucienses Spiritum Sanctum procedere tum ex Patre tum ex Filio; aiunt enim: « *Confitemur Spiritum vivum et sanctum, Paracletum vivum, qui ex Patre et Filio,* scilicet, *est*, quod verbum per breviloquentiam non exprimitur. Idem autem est sive dicamus Spiritum Sanctum esse a Patre et Filio, sive eumdem asseramus a Patre et Filio procedere, cum ex utroque loquendi modo significetur Spiritum Sanctum a Patre et Filio tanquam ab unico principio profluere, originem sumere, essentiam, substantiam accipere, uno verbo, procedere. Quid enim refert dicere Spiritum Sanctum a Filio esse vel a Filio procedere; quum in utraque expressione eadem profiteatur veritas; qui enim dicit Spiritum Sanctum esse a Filio, eo ipso asserit Spiritum Sanctum a Filio essentiam, subsistentiam accipere, ab ipso profluere, sicut a fonte esse dicitur

ܕܒܚܕܐ ܘܡܩܒܠܝܢ ܗܝܡܢܘܬܐ .
ܕܗܘܝ ܬܠܬܡܐܐ ܡܫܡܠܝܐ : ܕܐܬܬܣܝܡܬ ܠܘܩܒܠ

tate, in una essentia, in una voluntate, amplectentes fidem trecentorum

ANNOTATIONES.

rivus qui exinde profuit, vel procedit; qui autem confitetur Spiritum Sanctum a Filio procedere nihil amplius affirmat nisi Spiritum Sanctum esse a Filio, ab ipso tanquam a principio immanente originem, essentiam deducere. Confessi sunt igitur Patres Seleucienses in suo symbolo Spiritum Sanctum a Filio procedere.

Ne quis autem novitatis insimulet istam fidei professionem, declarant Patres se hanc fidei professionem, a sanctis Patribus, qui praecesserunt, accepisse, imo synodum Nicaenam eamdem tenuisse doctrinam : « Haec est confessio nostra et fides nostra, quam accepimus a sanctis Patribus nostris; definitio quae constituta fuit a sancta synodo. » Et immediate ante declarant se haec profitendo amplecti fidem Nicaenam ; « Amplectentes fidem trecentorum decem et octo Patrum, quae definita fuit in urbe Nicaea. »

Immerito igitur D. Macarius, Vinnitzae in Russia episcopus, in opere recenter edito, contendit nullam apud Orientales inveniri synodum, in qua agnita fuerit processio Spiritus Sancti a Filio. Hoc enim dogma dilucide docuerunt Patres Seleucienses; hanc eamdem fidem professi sunt multi auctores Syri. Audiatur S. Jacobus, qui saeculo v Ecclesiam Sarugensem regebat : ܐܒܐ ܓܝܪ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܬܝܕܥ ܘܐܬܚܙܝ ܘܐܬܟܪܙ ܕܐܝܬܘܗܝ ܚܕ ܐܠܗܐ ܣܓܝܕܐ ܕܠܝܬ ܠܗ ܥܡܗ ܩܢܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܕܫܘܬܦܐ ܠܗ ܒܣܓܕܬܐ . ܚܕ ܗܘ ܓܝܪ ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ ܘܚܕ ܒܪܐ ܩܕܝܫܐ ܘܚܕ ܗܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ . ܐܒܐ ܕܠܐ ܝܠܝܕ : ܒܪܐ ܡܢ ܝܠܝܕܐ : ܪܘܚܐ ܕܝܢ ܕܢܦܩ ܡܢ ܐܒܐ ܘܡܢ ܒܪܐ ܢܣܒ ܀ « Nam Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus agnitus est et visus, et praedicatus unus Deus adorandus, qui nullam aliam secum habet personam suae adorationis participem. Unus est enim Pater Sanctus, unus Filius Sanctus, unus Spiritus Sanctus. Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus ex Patre procedens, et a Filio accipiens. » Vid. Assemani *Bibl. Orient.*, t. I, p. 302.

Igitur juxta S. Jacobum Sarugensem Spiritus Sanctus a Patre procedit et *a Filio accipit*. Quid autem accipit? missionem externam ac temporalem? minime. Accipit a Filio quod accipit a Patre, accipit nempe essentiam, substantiam, ut docet Evangelii locus, ad quem provocat S. Jacobus Sarugensis. Ita S. Jacobum intellexerunt Syri non tantum Orthodoxi, sed etiam haeretici. Ita eum explicant Monophysitarum Liturgiae S. Sixti, Matthaei Pastoris, Ignatii Bar-Vahib atque Clementis, in quibus Spiritus Sanctus dicitur *a Filio accipere essentialiter*, vel *ea quae ad essentiam pertinent* ܘܡܢ ܒܪܐ ܢܣܒ ܐܘܣܝܐܝܬ ; ut videri potest apud Renaudotium, *Liturg. Orient. coll.*, t. II, p. 136, 200 et 349.

Contrarium quidem docet (ap. Asseman. *Bibl. Orient.*, t. II, p. 287) Monophysita Bar-Hebraeus, cui in neganda processione Spiritus Sancti a Filio consentiunt nonnulli alii Monophysitae; Bar-Hebraeus explicat verba evangelica *a Filio accipit* de manifestatione Spiritus Sancti ad creaturas per Filium facta; sed huic interpretationi repugnant non tantum ipsa Evangelii verba et Liturgiae sed etiam plures Monophysitae, ut agnoscit ipse Bar-Hebraeus.

Perspicua sunt verba Jacobi Zanzali in Catechismo ipsi attributo ap. Ecchell., *Not.* 5 in *can. arab.* « Quid loquar de Theodosio majore, loquar de ejus filio Theodosio juniore imperatore fideli, qui tertiam synodum Spiritu Sancto confirmatam coegit, et exposuit nomina trium personarum in symbolo, ac dixit in eo : et in Spiritum Sanctum dominum vivificum, procedentem a Patre Filioque, adorandum et conglorificandum. »

Alius Monophysita, Dionysius III, Patriarcha Jacobitarum, dilucide testatur Spiritum Sanctum a Filio procedere : « Credimus et confitemur unum Deum, sanctam Trinitatem. Pater a nullo habet existentiam, sed per seipsum existit ingenitus : Filius est genitus a Patre ab aeterno : Spiritus Sanctus promanat ex Patre et Filio. » Et statim explicat vocem *promanat* per vocem *procedit*. Vid.

ܘܗܝܡܢܘܬܢ܆ ܗܕܐ ܕܩܒܠܢ ܡܢ ܐܒܗܝܢ ܩܕܝܫܐ. ܬܚܘܡܐ ܕܐܬܬܚܡ ܡܢ ܣܘܢܗܕܘܣ ܩܕܝܫܬܐ ܀

decem et octo Episcoporum, quae definita fuit in urbe Nicaea. Haec est confessio nostra et fides nostra, quam accepimus a Sanctis Patribus nostris. Definitio quae constituta fuit a sancta synodo.

ܓ. ܟܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܚܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܡܢ ܬܪܝܢ܆ ܢܫܠܐ ܠܡܬܩܪܒܢܐ ܘܠܡܩܪܒܢܐ.

3. Quicumque episcopus fit ab uno episcopo vel a duobus, deponatur[1], tum ipse consecratus tum ejus consecrator[2].

ANNOTATIONES.

Assemani *Bibl. Orient.*, t. II, p. 131. Addendum superest testimonium cujusdam Maronitae, quod refert Abraham. Ecchel. loc. supra cit. Hic auctor hanc quaestionem ponit : « Utrum Spiritus Sanctus procedat a Patre tantum, ob dictum Evangelii, quod Spiritus Sanctus procedit a Patre : an vero procedat a Patre Filioque? » Cui institutae interrogationi, post adductas multas ex sacris litteris auctoritates, respondet, et concludit : « Spiritus igitur Sanctus, sicut procedit a Patre, procedit etiam a Filio. »

[1]) ܢܫܠܐ proprie *cesset*, *desinat*, scilicet ab episcopatu, removeatur a gradu suo, deponatur, seu ab omni clero Ecclesiae removeatur, ut dicitur in fine canonis. Eodem sensu vox ܫܠܐ sumitur apud Ebed-Jesu *Collect. canonum*, tract. VIII, c. 5 et 16 ܗܘ ܕܝܢ ܕܐܬܩܪܒ ܢܫܬܪܐ ܘܢܫܬܠܐ ܠܗܘܐ ܡܢ ܕܪܓܐ ܕܢܣܒ : « Is autem qui accesserit solvatur atque deponatur a gradu quem acceperat. » Saepius tamen Syri ad poenam depositionis significandam utuntur voce graeca καθαίρησις.

[2]) Ex hoc canone ad episcopi consecrationem tres ad minus episcopi requiruntur, juxta praescriptum scilicet concilii Nicaeni, can. 4 : « Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων καὶ συντεθειμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. Τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ. Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis formari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipsum convenientibus et absentibus quoque episcopis pari modo decernentibus et per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quae geruntur per unamquamque provinciam, metropolitano tribuatur episcopo. » Ap. Pitra, *Juris eccles. Graec. hist. et monumenta*, t. I, p. 428. Trium etiam episcoporum praesentiam ad ordinationem, requirit canon. Nicaen. Arab. 5. Synodus Antiochena can. 19 requirit praesentiam metropolitani. Theodoretus, *Hist. eccl.*, V. 23, asserit : « Canones cunctos provinciae jubent convocari episcopos ordinarique vetant ullum nisi tribus praesentibus episcopis. » Concinit synodus Ezechielis apud Ebed-Jesu; *Collect. can.* tract. VIII, cap. 9. Cf. can. Antioch. 19; Laod. 12; Sardic. 6 ap. Pitra, l. c. p. 472.

At juxta *Apostol. canonem* 1 duo sufficiunt : « Episcopus a duobus vel tribus episcopis ordinetur. » Imo ordinatio ab uno episcopo cum consensu aliorum permittitur tempore persecutionis in *Constitut. Apostol.*, l. VIII, 27, ap. Pitra l. c. p. 60 : « Episcopus a tribus aut duobus episcopis ordinetur. Sin aliquis ab uno episcopo ordina-

ܐܠܐ ܐܡܬܝ ܕܡܬܒܥܐ ܐܦܣܩܘܦܐ : ܢܬܟܢܫܘܢ ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܕܡܬܒܥܐ ܠܗ ܐܦܣܩܘܦܐ . ܘܒܡܠܟܐ ܘܒܚܘܫܒܐ ܕܓܘܐ[a] . ܢܫܐܠܘܢ ܘܢܒܥܘܢ ܥܠ ܓܒܪܐ . ܐܝܢܐ ܕܒܛܝܠ ܠܗ ܥܠ ܡܣ̈ܟܢܐ . ܘܡܩܒܠ ܐܟ̈ܣܢܝܐ ܘܡܪܘܚ ܠܐܠ̈ܝܨܐ . ܘܡܬܪܣܐ ܠܝ̈ܬܡܐ ܘܠܐܪ̈ܡܠܬܐ . ܘܟܣܦܗ ܒܪܒܝܬܐ ܠܐ ܝܗܒ . ܘܫܘܚܕܐ ܠܐ ܡܩܒܠ . ܘܒܐܦ̈ܐ ܒܕܝܢܐ ܠܐ ܢܣܒ . ܘܡܢ ܥܠܘܒܘܬܐ[b] ܘܒܪܘܒܘܬ ܟܪܣܐ ܡܪܚܩ

Quum[1] autem faciendus est episcopus, congregentur episcopi[2] in civitate illa, cui inquiritur episcopus, et ex consilio[3] et mente communitatis postulent et exquirant virum, qui pauperum curam gerat, hospitesque suscipiat et tribulatos sublevet[4], qui pupillos et viduas nutriat et pecuniam suam non det ad usuram[5], qui munus non accipiat, et in judicis non sit personarum acceptor, qui ab avaritia et gula se re-

a) Ebed-Jesu, *Collect. can.* tr. VIII, 1, habet ܕܓܒܪܐ .

b) Ebed-Jesu, ܥܠܘܒܘܬ .

ANNOTATIONES.

tus fuerit, deponatur et ipse et is qui ordinavit eum. Quod si necessitas coegerit ab uno ordinari, propterea quod ex persecutione aut alia simili causa plures interesse non possint, afferatur decretum commissionis plurium episcoporum. »

[1]) Reliqua hujus canonis pars refertur ab Ebed-Jesu, *Collect. canon.* tract. VIII, cap. 1, ap. Mai, *Scriptorum vett. nov. collect.* t. X.

[2]) ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ *Episcopi* ejusdem scilicet provinciae a Metropolita convocati, ut statuitur in hoc canone et infra can. 27, et in can. Nic. arab. 5; Antioch. 19. Requiritur porro consensus metropolitani et omnium provinciae episcoporum, nisi justa causa exceptionem permittat, ut statuitur in can. Antioch. 19 et in can. Nic. 6, qui statuit : « Si quis praeter sententiam metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili et secundum ecclesiasticam regulam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicunt, obtineat sententia plurimorum. » Quod si necesse fuerit, advocari possunt episcopi provinciae vicinae ex can. Sardic. 6.

[3]) ܘܒܡܠܟܐ ܘܒܚܘܫܒܐ verbotenus : *et in consilio et cogitatione communitatis*, id est, ut sentio, consulta communitate. Episcopi enim provinciae cum Metropolita proprie episcopum eligebant. Id autem fiebat, praesente ac testimonium dicente populo, ne episcopus daretur invitis, utque in omnibus comperti essent mores ejus qui eligebatur. Hunc autem totius rei ordinem praescribunt *Constit. apost.*, l. VIII, 4, ap. Pitra, *Juris eccl. graec.*, t. I, p. 49 : « Congregatus in unum populus cum presbyterorum coetu et praesentibus episcopis, die dominica, consentiat. Qui vero princeps ceterorum episcopus est, interroget presbyterorum coetum et plebem an ipse sit quem postulant in antistitem. Et illis annuentibus, iterum roget an testimonium ab omnibus habeat quod dignus sit magna illa et illustri praefectura, an quae ad pietatem in Deum spectant recte peregerit, an jura fuerint ab eo erga homine servata, an domesticae ipsius res probe dispensatae, an vivendi ratio integerrima. Cumque omnes simul secundum veritatem, non autem ex opinione praejudicata testificati fuerint talem eum esse... rursus tertio sciscitentur an dignus vere sit... atque iis tertio assentientibus dignum eum esse, petatur ab omnibus signum assensus.

[4]) Cf. can. 9.

[5]) Cf. can. 6.

ܠܥܡܗ . ܘܐܝܬܘܗܝ[a] ܡܫܡܠܝܐ ܘܡܣܬܟܠܐ .
ܘܒܡܘܠܦܢܐ ܕܟܬ̈ܒܐ ܐܡܝܢܐ ܘܗܓܐ
ܡܠܗ̈ܝܐ . ܘܐܝܬ ܒܗ ܡܕܥܐ ܘܦܘܪܫܢܐ
ܠܡܬܕܒܪܘ ܟܠܗܝܢ ܡܟܬ̈ܒܬܐ ܕܥܕܬܐ . ܗܠܝܢ
ܕܡܬܒܥܝܢ ܠܡܪܥܝܬܐ[b] ܕܡܫܝܚܐ .

ܘܟܕ ܢܩܒܠܘܢ ܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ ، ܒܡܦܣܢܘܬܗ
ܘܒܐܓܪܬܗ ܕܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܝܣ ܘܪܝܫ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ : ܒܥܡܗ ܘܒܥܕܬܗ ܕܗܘ
ܕܗܘܐ ، ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܩܕܝܫܐ ، ܒܥܕܢܐ
ܕܡܬܩܪܒ[c] ܩܘܪܒܢܐ ܢܣܝܡܘܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ
ܩܕܝܫܐ ܥܠ ܪܫܗ ، ܘܢܦܫܛܘܢ ܝܡܝܢܐ
ܟܠܗܘܢ ܥܠܘܗܝ ܫܘܐܝܬ . ܘܗܘ ܕܐܝܬ
ܒܗܘܢ ܪܝܫܐ ܘܩܫܝܫ[d] ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ
ܕܟܢܝܫܝܢ ܬܡܢ ، ܗܘ ܢܨܠܐ ܣܝܡܝܕܐ .

movens, sermone et sapientia praeditus sit et doctrinam Scripturarum die nocteque meditetur, habeat etiam intellectum et prudentiam ad dirigenda omnia Ecclesiae praescripta quae gregi Christi requiruntur[1].

Episcopi igitur de licentia et cum epistola metropolitae et archiepiscopi congregati cum populo in ecclesia illius qui fit (episcopus), ante altare sanctum, tempore quo oblatio infertur[2], imponant sanctum evangelium super caput ejus, et extendant dexteram super eum omnes aequaliter. Porro qui eorum caput est atque omnibus ibi congregatis senior recitet orationem impositionis manus[3]. Postea au-

a) Ebed-Jesu addit ܡܣܟܡܢܐ .
b) Ebed-Jesu ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ .
c) Ebed-Jesu ܢܩܪܒ .
d) Ebed-Jesu omittit ܩܫܝܫ ܡܢ .

ANNOTATIONES.

[1]) De dotibus et virtutibus in episcopo requiquitis agitur in *Epp. ad Tim. et ad Tit.*; in *Can. Apostol.*, 7 et passim; in *Constit. Apost.*, l. II; in Bar-Hebraeo, *Nomoc.*, c. VIII, sect. 2; denique in ritu ordinationis apud Syros Maronitas, Nestorianos et Jacobitas.

[2]) ܒܥܕܢܐ ܕܡܬܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ *quo tempore oblatio infertur* ad altare initio liturgiae, antequam incipiat illa liturgiae pars quae apud Syros anophora dicitur. Ita hunc locum intellexit Al. Assemanus in translatione latina collectionis canonum Ebed-Jesu. Olim quippe ordinatio episcopi initio liturgiae efficiebatur, ut constat ex *Constit. Apost.*, l. VIII, c. 4. Hic usus perseveravit apud Nestorianos et constanter obtinuit apud Graecos et Latinos. Maronitae vero et Jacobitae, absoluta liturgia, post communionem statim ac episcopus consecrator corpus et sanguinem Christi sumpsit essentiales ordinationis ritus perficiunt. Vid. J. S. Assemanum, *Biblioth. Orient.*, t. III, part. II, p. 700; Al. Assemanum, *Cod. Liturg.* t. X, p. III.

[3]) Quod attinet Evangelii manusque impositionem hoc loco praescriptam omnes rituales antiqui syri, graeci, latini, *Constitutiones apostolicae*, l. VIII, 4, et Dionysius Areopagita, *De Eccl. hier.* eam memorant. Synodus Libaniensis Maronitarum praescribit, post impositionem manus, unctionem chrismatis. De hac autem unctione ne quidem verbum fit in hoc canone. J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.*, t. III, part. II, p. 698, cum Morino et Haberto, ait : « Nec presbyterorum nec episcoporum unctio materialis ex chrismate, seu oleo apud orientales unquam fuit in

ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܀ ܢܐܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘ
ܕܐܬܬܣܝܡ ܀ ܘܢܫܬܡܠܐ ܡܢ
ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܝܣ ܪܒܐ ܩܐܬܘܠܝܩܐ
ܕܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܟܕ ܢܣܝܒܐ ܠܥܡܗ
ܐܓܪܬܐ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܢܘܢ ܕܣܡܘܗܝ .
ܐܝܢܐ ܕܝܢ ܕܡܬܚܪܐ ܥܡܢ : ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܐܚܪܢܐ ܥܒܕ ܐܘ ܒܚܝܘܗܝ ܐܘ ܒܡܘܬܗ ܀
ܐܝܟ ܬܚܘܡܐ ܗܢܐ ܕܐܬܬܣܝܡ ܡܢ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܪܒܐ ܘܩܕܝܫܬܐ : ܠܣܝܡܐ ܘܠܡܣܝܡܢܐ ܀ ܡܢ
ܟܠܗ ܩܠܝܪܘܣ ܕܥܕܬܐ ܀ ܕܠܐ ܪܚܡܝܢ
ܢܫܬܕܘܢ ܀

tem pergat ille ipse, qui ordinatus fuit, et perficiatur a metropolitano magno, Seleuciae et Ctesiphontis Catholico, allata secum epistola ab iis episcopis, qui eum ordinarunt[1]. Qui autem adversus nos reluctans alium episcopum fecerit aut in vita aut in morte, juxta definitionem a synodo magna et sancta latam, ab universo Ecclesiae clero sine misericordia tam consecratus quam consecrator rejiciatur.

ANNOTATIONES.

[1]) Episcopus consecratus, antequam munus episcopale exerceret a Catholico *perficiendus* erat. « Erat autem, inquit J. S. Assemanus, *Biblioth. Orient.*, t. III, part. II, p. 701, *perfectio* peractae veluti consecrationis confirmatio, quam nisi episcopus a Patriarcha habuisset ab exercendis pontificalibus muniis arcebatur. » Ebed-Jesu in sua *Collect. canonum*, tract. VIII, c. 9, sub nomine Occidentalium hunc refert canonem : ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܝܗܘܢ ܕܝܠܗܘܢ ܡܬܬܣܝܡܝܢ . ܠܐ ܐܝ ܕܢܥܒܕܘܢ ܥܒܕܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܠܐ ܢܥܒܕܘܢ ܣܝܡ ܐܝܕܐ · ܐܠܐ ܠܡܫܡܫܬܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܘܡܟܠܠܘܬܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܕܢܩܕܡܘܢ ܢܪܕܘܢ ܕܐܙܠܝܢ ܘܢܫܬܡܠܘܢ ܡܢ ܐܒܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܗܘܝܘ ܦܛܪܝܪܟܝܣ ܗܘ ܕܒܥܕܬܐ ܕܟܘܟܐ ܡܬܬܣܝܡ ܘܢܣܒܘܢ ܐܓܪܬܐ ܕܡܢܗ ܩܝܡܝܢ. « Episcopi qui a suis metropolitanis ordinantur, non possunt opus episcopatus, neque ordinationem facere, nisi prius perrexerint, et perfecti fuerint a Patre potestatum, qui est patriarcha in ecclesia Cochensi constitutus, et epistolas ab eo acceperint; possunt tamen stare in loco episcopi et recitare orationem inter fratres suos. »

usu : nullum hujusce ritus apud eos vestigium, nec in auctoribus, nec in Euchologiis : si auctor aliquis Graecus vel Syrus de unctione quid videtur dixisse, de spirituali intelligendus est. »

Impositio Evangelii super caput ordinandi hic facienda praescribitur ab episcopis. Juxta *Constit. apost.*, l. VIII, 4, diaconi tenent librum Evangelii supra caput ordinandi. Porro concilium Carthaginense, IV, can. 2, statuit ut duo episcopi illud teneant. Concinit pro Maronitis synodus Libanicnsis ap. Assemanum, *Cod. liturg.*, t. X, p. IV. Bar-Hebraeus in *Nomocanone*, cap. VII, sect. 3, ait : « Episcopi, non autem diaconi, imponunt Evangelium temporibus nostris supra caput vocati. » Concinunt rituales syriaci Maronitarum, Nestorianorum et Jacobitarum. Quomodo autem Evangelium sit imponendum an capiti simpliciter, an cervici et dorso simul, an apertum vel clausum non definitur in nostro canone. De hac re vid. Morinum, *De sacris ordinationibus*, part. III, cap. I, 9; et Assemanum, *Biblioth. Orient.*, t. III, part. II, p. 692.

Interea autem dum capiti ordinandi liber Evangelii imponitur omnes episcopi dexteram extensam super ordinandum tenent et Pontifex celebrans recitat orationem τῆς χειροτονίας, quae manus impositio ab omnibus ritualibus praescribitur.

ܕ. ܥܠ ܡܗܝܡܢܐ[a] ܕܝܢ܆ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܦܣܝܩ ܒܣܘܢܗܕܘܣ. ܘܗܢܐ ܐܦ ܚܢܢ ܢܛܪܝܢ. ܕܟܠ ܓܒܪܐ ܗܘ ܕܒܨܒܝܢܗ ܡܣܪܣ ܢܦܫܗ ܘܡܚܒܠ ܕܟܪܘܬܗ ܦܪܝܣ. ܗܢܐ ܒܥܕܬܐ ܠܐ ܢܬܩܒܠ. ܐܢ ܕܝܢ ܒܛܠܝܘܬܗ ܡܢ ܡܪܘܗܝ ܡܬܓܙܪ ܐܘ ܡܢ ܒܪܒܪܝܐ ܐܬܦܣܩ. ܐܘ ܒܟܘܪܗܢܐ ܐܬܓܙܡ ܡܢ ܐܣܘܬܐ. ܢܬܩܒܠ ܒܩܠܝܪܘܣ ܕܥܕܬܐ.

ܗ. ܥܠ ܠܡܫܡܫܢܝܬܐ ܐܝܟ ܕܦܣܝܩ ܠܗ

4. Circa eunuchos[1] autem quod statutum est in synodo[2] (Nicaena) et nos servamus, ita ut omnis qui sua sponte se castrat virilitatemque suam vitiat, in ecclesia non admittatur. Si vero in pueritia sua a dominis suis violenter aut a barbaris abscissus fuerit, aut a medicis in morbo desectus sit, in clerum ecclesiae admittatur.

5. Circa habitatrices[3], sicut prae-

a) Ebed-Jesu pro ܡܗܝܡܢܐ habet ܡܣܪܣܐ; pro ܠܚܒܠܐ ܕܟܘܪܐ habet ܠܗܘܡܢܗ ; pro ܒܩܠܝܪܘܣ habet ܒܥܕܬܐ . In fine Ebed-Jesu addit glossema : ܡܛܠ ܕܡܫܟܚ ܗܘ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܟܕ ܠܐ ܒܨܒܝܢܗ ܐܢܐ ܠܘܬܗ ܗܘܐ.

ANNOTATIONES.

[1]) Ebed-Jesu, qui integre refert hunc canonem in *Collect. canonum*, tract. VI, cap. 6, can. 16, pro ܡܗܝܡܢܐ habet ܡܣܪܣܐ eunuchos. Eunuchi autem idcirco ܡܗܝܡܢܐ *fideles* dicti fuerint quod eorum fidelitati mulieres committerentur.

[2]) ܒܣܘܢܗܕܘܣ *in synodo* scilicet Nicaena quae praecipit canone 1 : Ἔι τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ Βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ · εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, τοῦτον καὶ εν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει · καὶ ἐκ τοῦ δεῦρο μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι προάγεσθαι · ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ των ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται · οὕτως ὅιτινες ὑπο Βαρβάρων ἢ δεσποτων Εὐνουχίσθησαν, Εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοίουτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών. » Si quis a medicis per languorem desectus est aut a barbaris abscisus, hic in clero permaneat. Si quis autem se sanus abscidit, hunc et in clero constitutum, abstinere conveniet, et deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quod de his qui hanc rem affectant vel audent, qua semetipsos abscindere dictum sit : sic ii, quos aut barbari aut domini castraverunt, inveniuntur autem alias dignissimi, tales ad clerum admittit regula. » Cum synodo Nicaena facit Rabulas (*lib. supra cit.*) : ܠܐ ܐܢܫ ܡܢ ܒ̈ܢܝܗ ܕܥܕܬܐ : ܐܝܠܝܢ ܕܩܪܐ ܥܠܝܗܘܢ ܫܡܗ ܕܡܫܝܚܐ : ܢܡܪܚ ܘܢܣܪܘܣ ܢܦܫܗ . » Nemo ex filiis ecclesiae, super quos invocatum est nomen Christi, seipsum abscindere audeat. » Concinunt can. apost. 21, 22, 23 et 24 ap. Pitra, *Jur. Eccl. graec.*, t. I, p. 17; can. arab. 2 ex versione Ecchell.; can. Joannis Nestorianorum catholici ap. Ebed-Jesu, *Collect. Can.* Vide insuper notas Iustelli ad *Coll. can.* Dionysii exigui ap. Migne, *Patrol. lat.*, LXVII, 35.

[3]) ܠܡܫܡܫܢܝܬܐ subaudita voce ܢܫ̈ܐ *mulieres habitatrices*. Per *habitatrices* intellerint Patres Seleucienses eas mulieres, quae canone Nicaeno 3 vocantur συνείσακτοι γυναῖκες, latine *mulieres extraneas* vel *subintroductae*. Mulierum habitatricum, extranearum, vel subintroductarum mentio saepe occurrit in antiquis monumentis, v. g. ap. Eusebium, *Hist, eccles.*, VII, 24; ap. Basilium, *Epist.*

ܠܣܘܢܗܕܘܣ. ܟܠܢ ܥܒܕܝܢܢ. ܗܟܝܠ
ܟܠ ܓܒܪܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܩܫܝܫܐ. ܐܘ
ܡܫܡܫܢܐ ܐܘ ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ܐܘ ܒܪ ܩܝܡܐ:
ܕܥܡ ܢܫܐ ܥܡܪ ܗܘܐ: ܘܠܒܕܝܐܝܬ
ܘܒܩܕܝܫܘܬ ܒܡܣܕܪܘܬܗ ܐܝܟ ܕܝܐܐ ܠܛܟܣܐ
ܕܬܫܡܫܬܐ ܕܥܕܬܐ: ܠܐ ܗܘܐ ܡܫܝܐܝܬ:
ܓܒܪܐ ܥܡ ܓܒܪܐ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ: ܘܢܫܐ
ܥܡ ܢܫܐ ܒܠܚܘܕܝܗܝܢ: ܗܢܐ ܠܬܫܡܫܬܐ
ܕܥܕܬܐ ܥܡܢ ܠܐ ܡܬܩܒܠ܀

ܘ. ܡܛܠ ܝܘܬܪܢܐ ܛܢܦܐ ܘܥ̈ܢܝܐ
ܘܪ̈ܒܝܬܐ: ܗܠܝܢ ܕܟܠܝ ܡܢܗܝܢ
ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ: ܟܠܢ ܚܦܝܛܐܝܬ.

ceptum est a synodo[1] omnes nos facimus. Omnis igitur episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus, aut filius foederis qui[2] habitaverit cum mulieribus, et pure sancteque separatim, ut decet ordini ministerii ecclesiae, viri nempe cum viris seorsim, et mulieres cum mulieribus seorsim, non habitaverit, ad ministerium ecclesiae nobiscum non admittatur.

6. Circa turpia lucra et fenora et usuras, quae synodus[3] interdixit, omnes nos (synodi decretum) alacriter

ANNOTATIONES.

17 *ad Gregor.;* ap. Epiph. haer. 63, 67, 78; in *Can. Nic.* 3; *Carth.*, I, c. 3; *Hispal.*, I, c. 3; in Justiniani *Novell.* 123, c. 29. Quaenam autem fuerint mulieres συνεισακτοι *habitatrices*, non omnino liquet. « Erant, inquit Justellus, neque uxores, neque concubinae, sed tertii cujusdam generis mulieres, quas secum clerici non sobolis nec libidinis gratia, sed pietatis studio, aut certe praetextu fovebant. » Migne, *Patrol. graec.*, t. LXVII, col. 97.

[1]) ܠܣܘܢܗܕܘܣ *a synodo*, scilicet, Nicaena quae canone tertio statuit : απηγόρευσε καθόλου ἡ μεγαλη συνόδος, μήτε ἐπισκοπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν εν τῷ κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν · πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα ἢ ἀδελφὴν, ἢ θεῖαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν υποψίαν διαπέφευγε. « Vetuit omnino magna synodus, ne liceat episcopo, nec presbytero, nec diacono, nec ulli penitus eorum qui sunt in clero, sub introductam habere mulierem, praeterquam utique matrem vel sororem, vel amitam, vel eas solas personas, quae omnem suspicionem effugiunt. » Severius adhuc loquitur Rabulas, episcopus Edessenus, in canonibus, quos syriace nuper edidit Overbeck, *S. Ephraemi*, *Rabulae aliorumque opera selecta*, p. 215. Oxonii, 1865. ܠܐ ܐܢܫ ܡܢ ܦܪܝܘܕܘ̈ܛܐ ܐܘ ܩܫ̈ܝܫܐ ܐܘ ܡܫ̈ܡܫܢܐ. ܐܘ ܡܢ ܒܢ̈ܝ ܩܝܡܐ ܢܥܡܪ ܥܡ ܢܫ̈ܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܥܡ ܐܡܗ. ܐܘ ܚܬܗ. ܐܘ ܒܪܬܗ. ܘܠܐ ܠܒܪܐ ܢܦܩܢ ܐܠܐ ܠܘܬܗܘܢ ܢܟܠܘܢܝܢ. ܗܘܝܘ ܐܢܫܢܝܢ ܢܚܒܫܘܢ܀ « Nullus ex periodeutis, aut presbyteris, aut diaconis, aut filiis foederis habitet cum mulieribus, nisi cum matre sua, aut sorore sua, aut filia sua. Has autem nequaquam foris collocent sed apud se retineant. » Ex his canonibus non sequitur a clero arcendos fuisse viros conjugatos, ut patet ex eodem Rabula, qui statuit : « Ne permittant filiis aut filiabus foederis sacerdotes earum ut habitent cum saecularibus praeterquam cum uxoribus suis aut cum invicem. » Cf. can. arab, 4.

[2]) ܒܪ ܩܝܡܐ *filius foederis*, seu clericus. Nam « Syri eos, qui ad munus aliquod ecclesiasticum obeundum constituti sunt, si mares sint, ܒܢ̈ܝ ܩܝܡܐ, si feminae ܒ̈ܢܬ ܩܝܡܐ appellant. » Ita J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.*, t. III, part. II, 888.

[3]) ܣܘܢܗܕܘܣ *Synodus Nicaena*, cujus canon 17 usuras clericis interdicit his verbis : Επειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν

ܢܛܪܝܢ ܕܡܫܡܫܢܐ ܕܒܟܠ ܕܪܓܐ ܕܩܠܝܪܘܣܘܬܐ
ܕܥܕܬܢ ܐܝܬܘܗܝ ܘܚܫܒ ܡܢ ܪ̈ܒܝܬܐ
ܘܥܠܡܣܪ: ܘܡܢ ܥܕܬܐ ܘܡܢ ܬܫܡܫܬܢ ܢܬܚܣܣ:
ܠܒܪ ܢܦܩ ܠܓܒܝ ܘܠܫܘܬܦܘܬܢ ܐܝܬܘܗܝ:
ܘܫܘܬܦܘܬܐ ܥܡܢ ܠܝܬ ܠܗ ܀

ܙ. ܘܥܠ ܢܚܫܐ ܘܩܘܣܡܐ. ܘܥܒ̈ܕܐ
ܢܘܟ̈ܪܝܐ ܕܪܘܫܥܐ ܘܕܚܛܝܬܐ: ܗܠܝܢ
ܕܡܬܢܣܒܢ ܠܚܢܦܘܬܐ: ܘܩܛ̈ܪܐ ܘܠܚ̈ܫܐ
ܘܚܪܫܘܬܐ ܘܟܠܗ ܦܘܠܚܢܐ ܕܫܐܕ̈ܐ: ܗܠܝܢ
ܟܠܗܝܢ ܒܚܪܡܐ ܘܒܠ̈ܘܛܬܐ: ܡܢ ܟܠܗܝܢ
ܥܕ̈ܬܢ ܘܒ̈ܢܝ ܗܝܡܢܘܬܢ ܢܬܕܚܩܘܢ. ܘܐܝܢܐ
ܕܡܫܬܟܚ ܒܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ. ܕܠܐ ܪ̈ܚܡܐ
ܢܬܦܪܫ ܡܢ ܟܠܗ ܥܕܬܐ ܕܡܫܝܚܐ.
ܘܫܘܒܩܢܐ ܠܥܠܡ ܪ̈ܚܡܐ ܠܐ ܢܗܘܘܢ
ܠܗܘܢ ܀

servamus. Omnis igitur qui in ministerio ecclesiae nostrae est in aliquo gradu cleri, atque usuris fenoribusque utitur, ab ecclesia et ministerio nostro removeatur, et communionem nobiscum amplius non habeat[1].

7. Circa auguria et divinationes et extranea impietatis et peccati opera quae paganismo competunt, et ligamina et incantamenta, et magiam et universum daemoniorum cultum, haec omnia anathemate et maledictionibus ab omnibus ecclesiis nostris et fidei nostrae filiis rejiciantur. Qui autem in aliquo horum (criminum) inventus fuerit, absque misericordia ejiciatur ex universa Christi Ecclesia, et venia ei nunquam concedatur[2].

ANNOTATIONES.

καὶ τὴν αισχροκέρδειαν διώκοντες, επελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λεγοντος· το ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ· καὶ δανείζοντες, εκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν· ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη συνόδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετα τον ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρήσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος, τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, η ὅλως ἕτερον τὶ ἐπινοῶν κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται. » Quoniam multi, qui in canone recensentur, plura habendi studium et turpe lucrum persequentes, divinae Scripturae obliti sunt, quae dicit : *argentum suum non dedit ad usuram* : et foenerantes centesimas exigunt : aequum censuit sancta et magna Synodus, ut si quis inventus fuerit post statutum usuras ex mutuo sumere, vel eam rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis quaestus gratia, e clero deponatur et sit alienus a canone. »

[1]) Usuram episcopis et clericis prohibent canones antiqui, quos Syri recipiunt, Apost. 44; Carth. 5; Nicaen. 17; Nicaen. Arab. 16 et 52; Laodic. 4. Rabulas autem fere exscribit nostrum canonem, quando statuit : ܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܬܒܥܝܢ ܩܫ̈ܝܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܘܩ̈ܠܝܪܘܣ ܘܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ ܪ̈ܒܝܬܐ ܐܘ ܦܪ̈ܝܐ ܆ ܐܘ ܡܕܡ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܡܣܟ̈ܢܐ ܝܬܝܪ̈ܐ . « Nequaquam exigant presbyteri, diaconi, clerici et sanctimoniales usuram aut fenus aut quaecumque turpia lucra. » Ap. Overbeck, lib. cit. p. 216.

[2]) Cum hoc canone magiam et omnis generis superstiones damnant canones Apostol. 12; Constit. apost. VII, 7; Concil. Ancyr. 23; Laod. 36; Nicaen. Arab. 20 vel 22; S. Gregor. Nyssen. can. 3; Johann. Nestorian. ap. Ebed Jesu, *Collect. Can.* tr. V, c. 22; Cyriac. et Georgi. Jacobit. ap. Bar-Hebraeum, *Nomocan.* cap. VII, sect. 8, et cap. XXXIV, sect. 3; Jacob. Edes-

ܚ. ܘܩܢܘܢܐ ܗܢܐ ܕܣܡܘ ܒܣܘܢܗܕܘܣ : ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܙܒ̈ܢܝܢ ܒܫܢܬܐ ܚܕܐ ܠܡܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܒܣܘܢܗܕܘܣ ܠܘܬ ܚܕܕܐ . ܐܝܟܢܐ

8[1]. Et hunc canonem a synodo[2] latum bis scilicet quolibet anno congregandos esse episcopos in synodo

ANNOTATIONES.

sen. *Resolutiones canon.* 35-48 in nostra *Dissert. de Syrorum fide et disciplina in re eucharistica.* Lovanii 1859. Rabulas, episcopus Edessenus catholicus, jubet sortilegos et incantatores expellere : ܠܚܪ̈ܘܫܐ ܘܠܚܠܘܫ̈ܐ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܩܛܪܝܢ ܩ̈ܛܪܐ : ܘܡܫܚܝܢ ܠܓܒܪ̈ܐ ܘܠܢ̈ܫܐ : ܕܡܬܕܡܝܢ ܒܐܣܝܘܬܐ ܕܐܣܘܬܐ : ܡܢ ܟܠܗ ܐܬܪܐ ܪܕܘܦܘ . ܘܣܒܘ ܡܢܗܘܢ ܥܪܒܐ . ܕܠܐܢܥܠܘܢ ܠܐ ܠܬܚܘܡܢ . « Divinatores et sortilegos et qui incantationes scribunt et ungunt viros et mulieres, sanationis specie agentes, ab omni loco expellite et sumite ab eis fidejussionem quod ditionem nostram non intrabunt. » Apud Overbeck, *Ephraemi, Rabulae aliorumque opera selecta*, p. 211, 217.

In damnandis igitur variis superstitionibus conveniunt Syri omnes, Orthodoxi, Nestoriani, Jacobitae (vid. nostram *Dissert. cit.*). Porro clerici ordinibus sacris insigniti a gradu suo dejiciuntur et ad statum laicalem rediguntur ex can. Nicaen. Arab. et Cyriaci patriarchae. Laici vero a communione fidelium arcentur et quidem, juxta nostrum canonem, ad finem usque vitae, in quo etiam malefico venia deneganda est, quod tamen eo sensu intelligendum est, ut, quamvis ad communionem fidelium maleficus admittendus non sit, bene tamen absolvi possit a peccatis, si poeniteat, atque viatico in fine vitae muniri. Etenim absolutionem peccatorum et viaticum moribundis non esse deneganda statuit concilium Nicaen. can. 13. Atqui constat ex canonibus, quos vulgamus, Patres Seleucienses huic unicae rei studuisse, ut canones Nicaenos tanquam regulam adoptarent, nequaquam autem eos laederent.

Ratio autem cur tam severe magia et superstio prohibentur in supra indicatis canonibus insinuatur haec, quod magia quaedam veluti idololatria est, in qua homo creaturae eam vim tribuit quae soli Deo competit.

[1]) Ebed-Jesu, *Collect. canon.* tract. IX, cap. 5, ex *canonibus Isaaci* quaedam recitat a Nestorianis adulterata quae ex hoc canone derivari videntur. Vide ad finem hujus concilii.

[2]) ܒܣܘܢܗܕܘܣ *in synodo* Nicaena, quae praecipit can. 5 : ἵνα οὖν τοῦτο τὴν πρέπουσαν ἐξέτασιν λαμβάνῃ, καλῶς ἔδοξεν, ἑκάστου ἐνιαυτου καθ' ἑκαστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι˙ ἵνα κοινῇ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἐπι τὸ αὐτὸ συναγομένων, τὰ τοιαῦτα ζητήματα εξετάζοιντο καὶ οὕτως οἱ ὁμολογουμένως προσκεκρουκότες τῷ ἐπισκόπῳ, κατά λόγον ἀκοινωνητοι παρά πᾶσιν εἶναι δόξωσι, μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον˙ αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν τῆς τεσσαρακοστῆς, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης, τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ θεῷ˙ δευτέρα δὲ, περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν. « Ut hoc ergo convenientem examinationem accipiat, recte habere visum est, ut singulis annis in unaquaque provincia bis in anno synodi fiant : ut cum omnis provinciae Episcopi in eumdem locum communiter conveniant, ejusmodi quaestiones examinentur : et sic quos episcopum offendisse constiterit, juste esse a congregatione separati apud omnes videantur, donec episcoporum congregationi videatur pro iis humaniorem proferre sententiam. Synodi autem fiant, una quidem ante quadragesimam, ut omnibus animi sordibus sublatis, purum munus Deo offeratur : secunda autem, autumni tempore. » Bis in anno apud metropolitam congregandos esse cujusque provinciae episcopos jubent cum canone Nicaeno, canones, quos Syri recipiunt, *Apostol.* 36 vel. 38; *Nic. Arab.* 7; *Antioch.* 19; *Chalced.* 19. Non autem conveniunt quo tempore celebranda sint ista concilia. Jubet canon Antiochenus primam synodum habendam esse post tertiam Paschae septimanam, secundam vero idibus octobris. Canon autem Apostolorum designat pro synodo quartam Pentecostes septimanam et quartum idus octobris. Episcopis autem Persidis ut licite convenirent, licentia Patriarchae Antiocheni

ad invicem, ut congregati dirimant omnes contentiones et accusationes, enixe a synodi praefectis postulamus, et suademus ut singulis bienniis semel congregemur. Rege in Seleucia et Ctesiphonte sedente, et scribente ad nos venerabili metropolita magno et archiepiscopo, qui sedet super thronum Cucharum[1], alacriter nos colligemus atque ad venerandam atque honorandam paternitatem ejus conveniemus; et quidquid mandaverit nobis in verbo Dei, sine mora exequemur, et legem quam in Christo Domino nostro imposuerit nobis, recipiemus, cum timore et amore ejus voluntatem amplectentes.

9. De domo autem in qua recipimus peregrinos et pauperes, eam in omnibus ecclesiis nostris esse peculiariter (ad hoc) destinatam assentimur. Atque constituimus eos a nobis recipiendos esse per epistolam ab episcopo datam ad episcopum collegam, aut a presbytero ad compresbyterum[2].

ANNOTATIONES.

ex canone Nic. Arab. 35 juxta Turrianum, 40 juxta Ecchellensem, indigebant. Contendunt tamen Nestoriani a tempore S. Maruthae vel etiam antea Persides a jurisdictione Patriarchae Antiocheni se fecisse exemptos.

[1]) ܟܘܪܣܝܐ ܕܟܘܟܐ *thronus Cucharum*. Ita appellatur cathedralis Seleuciae ecclesia. Erat autem *Coches* nomen antiquissimae urbis, quae postea ampliata a Seleuco *Seleucia* dicta fuit. Retinuit autem aliqua Seleuciae pars nomen istud; postea ibi extructa fuit ecclesia, quae *thronus* vel *ecclesia Cochensis* dicta fuit. Vid. Assemani *Bibl. Orient.*, t. III, part. II, p. 623. Igitur metropolita magnus qui sedet super thronum cuchensem non est Romanus Pontifex, quod somniavit anonymus apud Muratori, sed archiepiscopus Seleuciae.

[2]) Ebed-Jesu, *Collect. canon.*, tract. V, c. 21 praesentem canonem ita refert :

܀ . ܘܥܠ ܗܕܐ ܕܠܐ ܢܐܙܠܘܢ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܗܘܦܕܝܩܢܐ ܠܢܝܚܐ ܕܡܣܟܢܐ: ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܝܚܝܕܐ ܫܪܘܬܐ ܕܩܠܝܪܝܩܘܬܐ: ܘܡܢܬܐ ܡܢ ܬܡܢ ܠܐ ܢܗܘܐ ܫܠܝܛ ܠܗܘܢ ܠܡܫܩܠ: ܕܒܗܬܬܐ ܘܪܛܢܐ ܥܠ ܚܐܪܘܬܗ ܕܥܕܬܐ ܠܐ ܢܩܘܡ . ܟܠܢ ܡܫܠܡܝܢ ܘܡܫܠܡܝܢܢ ܀

10. Presbyteris, diaconis, et subdiaconis non eundum esse ad *quietes*[1] pauperum, sed peculiarem esse debere clericorum coenam, atque exinde partes auferre ipsis non licere, ne forte dedecus et querelae contra libertatem ecclesiae exurgant, omnes consensimus et consentimus[2].

ANNOTATIONES.

[illegible] » De domo, in qua recipiuntur peregrini et pauperes constituimus ut in omnibus ecclesiis ea nota (publica) sit, et per epistolas irenicas, scriptas scilicet ab episcopo ad collegam suum et a presbytero ad compresbyterum, ii recipiantur. » Porro erronee hunc canonem tribuit synodo Antiochenae quae solum habet can. 7 : Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. » Nullus peregrinorum sine pacificis (id est commendatitiis epistolis) suscipiatur. »

Rabulas in eamdem rem hunc canonem statuit : [illegible] » In omnibus quae exstant ecclesiis peculiaris sit domus in qua requiescant pauperes illuc confluentes. » Ap. Overbeck, *lib. supra cit.* p. 217. De Xenodochiis agunt canones Nicaen. arab. 70 vel 75 et 80; Ebed-Jesu, *Collect. can.* tract. VI, cap. 9.

[1]) ܢܝܚܬܐ *quies*, quo nomine a Syris designatur *epulum funebre*, quod fit in commemorationibus defunctorum. *Quies* ideo vocatum fuerit epulum illud, quia tunc pro requie defunctorum preces Deo offerebantur : » *Quietes, id est, convivia quae pro defunctis offeruntur,* » ait Al. Assemanus in Ebed-Jesu, *Collect. canon.*, tract. VI, c. 6, can. 11.

[2]) Joannes Nestorianorum catholicus canonem Seleuciensem suum fecit ap. Ebed-Jesu *Can. synod. collect.*, tr. VI, c. 6, can. 11, his verbis : [illegible] » De omnibus autem ordinibus sacerdotum et clericorum atque ostiariorum dicimus, ut cum vocati fuerint a fidelibus ad quietes, et ad coenas, sobrie in cibo se gerant, et non gulose ac luxuriose tanquam ad satietatem, neque fas illis sit repleri, et exinde portiones auferre, nec a divitibus, nec a pauperibus, ne nomen Dei nostri blasphemetur inter eos, et inducant contumeliam in pretiosa (sacra ministeria) Ecclesiae. Is autem qui haec transgressus fuerit, sub anathemate esto. »

Bar-Hebraeus, *Nomocan.*, cap. VI, sect. 2, nostrum canonem sic abbreviat : » Clerici ad funebre epulum pauperum non eant, et ex epulo divitum comedentes, partes non tollant, ne ignominia afficiatur libertas ecclesiae. » Concinit Jacobus Edessenus apud Bar-Hebraeum, loc. cit. Concinit etiam concilium Laodicenum, can. 27 et 28 et simul prohibet epulum funebre fieri in ecclesiis. Ap. eumdem Bar-Hebraeum, l. c. Concinunt denique *Constit. apost.* l. VIII. c. 44.

ܝܐ . ܘܕܒܡܣܡܟܐ ܓܡܝܪܐܝܬ ܒܡܫܬܝܬܐ:
ܠܐ ܕܢܣܡܘܟ ܒܝܬ ܐܒܠܐ ܘܠܐ ܒܚܕܘܬܐ . ܟܠ ܡܢ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܥܕܬܐ ܡܢ ܩܫܝܫܐ : ܐܘ ܡܢ
ܡܫܡܫܢܐ : ܐܘ ܗܘܦܕܝܩܢܐ : ܐܘ ܒܢܝ
ܩܝܡܐ : ܡܩܕܫܐ ܐܘ ܠܢܛܘܪܝ ܬܪ̈ܥܐ . ܡܫܠܡܝܢ
ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܗܘ ܫܠܝܛ ܠܗܘܢ ܕܢܣܬܡܟܘܢ ܀

ܝܒ . ܘܕܒܟܠ ܚܕܒܫܒܐ ܕܢܬܩܪܐ ܣܦܪܐ
ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܥܡ ܟܬ̈ܒܐ ܐܚܪ̈ܢܐ : ܘܡܠܬܐ
ܢܬܦܫܩ ܥܕܡܐ ܠܫܥܬܐ ܬ̈ܠܬ ܘܗܝܕܝܢ
ܩܘܪܒܢܐ ܠܡܩܪܒ : ܟܠܢ ܕܝܠܢ ܐܫܬܘܝܢ
ܡܫܬܡܠܝܢ ܀

11. Et in lecto prorsus in coenis recumbere, sive in domo luctus[1], sive in laetitia, nemini omnino licere ex ecclesiae presbyteris, vel diaconis, vel subdiaconis, vel filiis foederis sanctificatis[2] vel januarum custodibus, statuimus.

12. Singulis etiam diebus dominicis legendum esse Evangelium cum ceteris Scripturis verbumque edisserendum usque ad horam tertiam vel quartam, deinde oblationem offerendam omnes nos definimus[3].

ANNOTATIONES.

Rabulas praecipit : ܠܐ ܢܬܒܥܘܢ ܟܗ̈ܢܐ ܐܓܪܐ ܕܥܐܕܐ ܐܘ ܕܢܝܚܐ : ܒܥܠܬܐ ܕܡܣܟܢܘܬܐ ܠܐܢܫ ܒܩܛܝܪܐ . ܐܠܐ ܢܫܒܩܘܢ ܠܨܒܝܢܗ ܕܗܘ ܡܢ ܕܝܗܒ ܀ « Ne exigant sacerdotes honorarium festorum aut exequiarum paupertatis praetextu a quovis coacte, sed illud relinquant voluntati dantis. » Ap. Overbeck, *lib. cit.* p. 216. Prohibet etiam Rabulas, *ibid.*, p. 210, ne in monasteriis aliae commemorationes fiant quam ipsorum monachorum. Vide quae notavimus de exequiis defunctorum in *Dissert. de Syrorum fide et disciplina*, p. 198-200.

[1]) *Sive in domo luctus sive in laetitia.* His verbis designari putaverim epulas quae fiebant occasione sive exequiarum sive nuptiarum. Bar-Hebraeus in *Nomocan.*, c. VIII, sect. 4, sub certis tantum conditionibus permittit ut clerici Jacobitae conviviis nuptiarum adsint.

[2]) Filios foederis supra notavi esse clericos. Quinam vero *sanctificati* dicantur, ambigo. Ad vocem ܡܩܕܫܐ amanuensis hanc notam apposuit : ܡܩܕܫܐ ܢܙܝܪܐ ܠܚܙܝܐ ܠܚܙܝܐ · « Consecratos vocat nazireos, contemplatores, » Putaverim vocem ܡܩܕܫܐ convenire cum voce graeca ἱερατικοί quae usurpatur in concilio Laodiceno, cann. 27, 30, 36, 40, 41, 42. De filiis foederis vid. infra append. 3m.

[3]) Syri liturgiam celebrant circa horam tertiam vel quartam, sive circa horam nonam antemeridianam juxta nostram computandi rationem. Ab hac tamen consuetudine deflexerunt Nestoriani saltem pro tempore quadragesimali, quo liturgiam sabbato et die dominica circa vesperam celebrant, teste Bar-Hebraeo, qui hanc istius consuetudinis causam fuisse refert : « Usque ad ejus tempora (Abrahae scilicet Patriarchae qui saeculo x vivebat) omnibus sabbatis et dominicis jejunii quadragesimalis hora tertia Nestoriani more ceterarum christianarum gentium, oblationem offerebant, et unusquisque domum suam abibat reficiebaturque. Quum autem de quibusdam ei significatum fuisset, quod dominica die accepta oblatione, inde egressi, in quodam horto lautum convivium instruxissent; interdixit catholicus, dominicis et sabbatis per diem fieri oblationem, sed vespertinis horis eam celebrari jussit : jussumque hujusmodi in omnibus ubique regionibus publicari voluit. Atque ita innovatus fuit hic mos, quem Nestoriani hodieque retinent. » Vid. J. S. Assemani *Bibl. Orient.*, t. III, part. I, p. 441. Quod canone Seleuciensi decernitur diebus dominicis legendum Evangelium cum ceteris Scripturis antiquissimi moris est, ut constat ex S. Justino, *Apol.* 65-67. Cum nostro canone con-

ܡܢ . ܘܡܛܠ ܕܣܓܝ̈ܐܬܐ ܕܐܝܬ ܒܟܬܒܐ ܕܩܢܘ̈ܢܐ
ܗܘ ܕܩܢܘ̈ܢܐ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܣܘܢܗܕܘܣ ܩܕܝܫܬܐ
ܗܝ ܕܢܝܩܝܐ ܩܒܠܢ . ܕܢܗܘܘܢ ܕܟܠ
ܚܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܝܣ :
ܕܡܕܒܪ ܠܬܠܬܐ ܐܘ ܐܪܒܥܐ ܐܘ ܚܡܫܐ
ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܐܘ ܠܝܬܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܟܕ ܣܓܝ . ܢܟܬܘܒ
ܐܢܘܢ ܠܩܢܘ̈ܢܐ ܗܠܝܢ ܘܢܣܝܡ ܩܕܡ ܥܝ̈ܢܘܗܝ ܬܡܝܢ
ܐܝܟܢܐ ܕܡܢܗܘܢ ܢܬܚܫܒܘܢ . ܘܡܢܗܘܢ ܢܬܬܣܝܡܘܢ
ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܟܠ ܨܒܘ . ܘܡܢܗܘܢ ܢܦܣܩܘܢ
ܕܝܢܐ ܒܡܕܒܪ̈ܢܘܬܗܘܢ ❖

13. Quoniam autem multa quae sunt in libro canonum sanctae synodi Nicaenae recepimus, decernimus a cuncto episcopo metropolita, qui praeest tribus, quatuor, aut quinque episcopis, aut etiam pluribus forte, canones istos describendos esse, eosque coram ipsius oculis constanter habendos, ut ex eis componant episcopi omne negotium, et ex eis statuant jus in dioecesibus suis.

ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܡܢܗܘܢ ܕܣܘܥܪ̈ܢܐ
ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܗܝ ܕܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܒܝܬ ܦܪ̈ܣܝܐ .

Et post pauca. Ex ipsis actis[1] *synodi episcoporum Persarum.*

ܡܢ . ܘܠܐ ܬܬܚܝܠ ܠܐ ܛܟܣܘܬܐ ܬܘܒ ܗܕܐ :
ܕܟܕ ܟܘܪܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܕܡܬܟܬܪܝܢ ܗܘܘ

14. Neque amplius vigeat inordinatio haec, qua chorepiscopi[2] plurimi

ANNOTATIONES.

cinunt Joannes Telensis ap. Bar-Hebraeum, *Nomoc.*, cap. VII, sect. 8; et Timotheus infra. Plures porro lectiones in liturgia fieri solebant apud Syros : prima ex Veteri Testamento, secunda ex Actis Apostolorum, tertia ex Epistolis Pauli, quarta ex Epistolis Catholicis, quinta ex Evangeliis. Vid. Renaudot. *Liturg. Orientt. collect.*, II, 68; ed. Francof. 1847. Synodus Libaniensis ait : « Apud nos lectiones e divina Scriptura recitandae in quinque partes sunt divisae et totidem ordinibus attributae : 1. pars ex Testamento Vetere, exceptis Prophetis; 2. ex Prophetis; 3. ex septem Epistolis canonicis et Actibus Apostol.; 4. ex Epistolis Pauli, 5. ex Evangeliis. Cantores primam, lectores secundam, tertiam subdiaconi, quartam diaconi et quintam archidiaconi sibi vindicant. Cum vero lectores tantum in ecclesia reperiuntur, tunc ipsi omnes lectiones legunt, et presbyter Evangelium. Similiter cum adsunt diaconus et presbyter, hic Evangelium, ille Epistolam legit; cum vero subdiaconus et presbyter, hic Evangelium ille Epistolam legit; cum vero subdiaconus et diaconus presbytero ministrant, prior epistolam, alter Evangelium canit (*Codex liturg.* X, 121). »

Ex hoc canone Verbum Dei explicandum est post lectionem Evangelii, antequam incipiat ea officii divini pars, *anaphora* appellata, quae canoni Latinorum fere respondet. Singulis porro diebus dominicis explicandum Evangelium statuitur. Synodus Maronitarum Libaniensis (ap. Asseman. *Cod. Liturg.*, t. X. 135) cum concil. Trull. can. 19, et Trident. sess. V, c. 2 *De Ref.* statuit ut omnes qui curam animarum habent « per se vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis : » Timotheus, Nestorianorum patriarcha, praecipit (ap. Ebed-Jesu, *Collect. canon.*, tr. VI, can. 12) ut, « libri divini legantur diebus dominicis et festis solemnibus et post lectionem Evangelii concio habeatur juxta antiquos canones. »

[1]) ܡܢܗܘܢ ܕܣܘܥܪ̈ܢܐ ἐκ τοῖς πεπράγμενοις *ex ipsis actis.* Patet ex istis verbis non omnia hic recitari quae in synodo Seleuciensi acta sunt.

[2]) ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ vox origine graeca χωρεπίσκοπος, *chorepiscopus*, quasi quis dicat τῆς χώρας ἐπίσκοπος, *ruris episcopus*. Chorepiscoporum enim

ܒܚܕ ܐܬܪܐ: ܡܛܠ ܠܐ ܢܗܘܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ
ܣܓܝܐ̈ܐ: ܐܠܐ ܚܕ ܚܘܪ ܐܦܣܩܘܦܐ ܢܗܘܐ ܠܟܠ
ܐܦܣܩܘܦܐ: ܘܢܣܦܩ ܠܗ. ܘܐܝܟܐ ܕܐܝܬ
ܣܓܝܐ̈ܐ ܡܬܒܥܐ ܠܒܛܠܘܗܝ ܀

ܗܘ. ܘܐܪܟܝܕܝܩܘܢܐ ܒܡܕܝܢܬܗ. ܚܕ
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܢܗܘܐ ܕܝܠܗ ܠܗ. ܐܝܢܐ
ܕܡܡܠܠܐ ܘܚܟܝܡ ܐܝܬܘܗܝ ܒܡܠܬܐ
ܘܒܝܘܠܦܢܐ: ܘܝܨܝܦ ܠܗ ܥܠ ܡܣ̈ܟܢܐ
ܘܡܪܕܐ ܕܐܟ̈ܣܢܝܐ ܘܝܕܥ ܒܬܫܡܫܬܐ
ܕܥܕܬܐ ܠܡܛܟܣܘ. ܘܠܡܦܩܘ ܟܠܗܝܢ
ܡܬܒܥܝܢܝܬܐ. ܘܒܚܕܒܫܒܐ ܥܠ ܒܐܡܐ ܩܪܘܙܘܬܐ
ܕܡܫܡܫܢܐ ܡܢ ܐܝܕ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢܐ ܗܘ ܢܥܒܕ:
ܘܐܘܢܓܠܝܘܢ ܗܘ ܢܩܪܐ. ܘܟܠ ܡܐ ܕܥܠ ܟܪܝܐ

in uno loco fiebant; neque sint plures, sed singulis episcopis singuli sint chorepiscopi, qui sufficiant ei; et ubi plures habentur, dimittantur[1].

15[2]. Unicuique autem episcopo in civitate sua unus sit proprius archidiaconus[3], qui facundus sit et sapiens in sermone et doctrina, et in pauperes sollicitus atque peregrinorum curam habens, sciensque ministerium ecclesiae ordinare atque omnia requisita decernere. Die autem Dominica in bemate[4] praedicationem diaconi, prae-

ANNOTATIONES.

id erat munus ut in oppidulis et pagis episcopi vice fungerentur, atque idcirco invigilarent super presbyteros aliosque ecclesiarum ruralium ministros ac super fideles, ne ecclesiae presbyteris indigerent, ne presbyteri ceterique ministri suo officio male fungerentur, ne denique fidelium mores depravarentur, etc.

[1]) Canones Nicaeni arabici cum nostro canone unum dumtaxat chorepiscopum in singula dioecesi habendum praescribunt. Synodus vero Maronitarum Libaniensis plures permittit his verbis : « Etsi in diversis pagis et vicis unius ejusdemque episcopalis dioecesis plures institui possint chorepiscopi, non alibi tamen ordinentur, quam ubi frequentes sunt vici, et pagi et non exiguus presbyterorum numerus. » In eadem synodo legimus : « Duplex chorepiscoporum genus in nostra Antiochena ecclesia fuisse novimus : alii simplices chorepiscopi, qui praeter minores ordines, nullos alios dare poterant, nequidem approbante urbis episcopo, uti sunt hodie nostri chorepiscopi; et alii qui veram episcopalem ordinationem acceperant, vel ex episcopali dignitate ob delicta excidentes, nomine chorepiscoporum et muneribus gaudebant : isti, consentiente urbis episcopo poterant diaconos et presbyteros ordinare. » Ap. Al. Assemanum, *Cod. Liturg.*, t. X, 143. Ex concil. Antioch. 10 chorepiscopi poterant ordines minores non autem majores conferre.

A chorepiscopis Syri Maronitae et Jacobitae distinguunt ܦܪ̈ܝܘܕܘܛܐ περιοδευτας; seu *visitatores*, qui, nulli certae sedi adstricti per terras dioecesis perambulantes, ecclesias visitant. Nestoriani initio et ipsi hos distinxerunt, postea vero disciplinam mutaverunt, ut testatur Ebed-Jesu dicens *Collect. can.*, tr. VI, c. 1 : « Periodeutae est visitare pagos, in *locum enim chorepiscopi institutus est*, postquam hic ex Orientis ecclesia sublatus fuit. » De chorepiscopis agunt concil. Ancyr. can. 12; Antioch. can. 8, 10; Neocesareens. 14; Laod. can. 57; Nicaen. arab. can. 54-66; Isaacus Armen. can. 4-11 ap. Maï *Script. vet. nov. collect.*, X, 277; Ebed-Jesu, *Collect. canonum*, tr. VI. c. 7. Cf. Morinus, *De sacris ordinat.* Exerc. 4, c. 2-5; J. S. Assemanus, *Biblioth. Orient.*, t. III, part. II, p. 628, sqq.; Al. Assemanus, *Cod. Liturg.*, t. X, 141, sqq.; etc.

[2]) Hunc canonem abbreviat Bar-Hebraeus, *Nomocan.*, cap. VII, sect. 6.

[3]) ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ graece ἀρχιδιάκονος; *archidiaconus*, primus inter diaconos. Syri ubi voce bene syriaca uti volunt, adhibent vocem ܪܫܡ̈ܫܡܫܢܐ.

[4]) ܒܐܡܐ graece Βῆμα. Notandum autem est

ܘܡܠܬܐ ܠܟܗܢܘܬܐ ܕܟܪܝܐ: ܗܘ ܢܥܒܕ.
ܘܩܪܝܢܐ ܘܟܬܒܐ ܘܡܬܡܪܢܐ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܗܘ
ܢܗܘܐ . ܘܕܪܥܗ ܘܠܫܢܗ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܘܫܘܒܚܗ ܢܗܘܐ ܕܐܝܟܢܐ . ܘܡܕܡ ܕܒܛܘܫܝܐ ܟܠ
ܫܩܠܐ ܗܘ ܢܓܠܐ . ܘܩܫܝܫܐ ܡܬܡܟܢܝܢ
ܗܘ ܢܥܒܕ ܒܥܘܡܪܐ : ܐܘܟܝܬ ܕܢܬܒܘܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ. ܘܐܦ ܗܦܘܕܝܩܢܐ
ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܬܒܥܢܐ ܥܠ ܬܪܥܐ
ܒܙܒܢ ܬܫܡܫܬܐ ܗܘ ܢܩܝܡ . ܘܐܦ ܟܬܒܐ
ܠܩܪܘܝܐ : ܗܘ ܢܫܠܡ ܘܢܦܩܘܕ .
ܘܠܩܫܝܫܐ ܘܠܡܫܡܫܢܐ ܘܠܗܦܘܕܝܩܢܐ .
ܗܘ ܢܦܠܓ ܫܒܘܥܐ . ܕܢܥܡܕܘܢ ܘܢܫܡܫܘܢ ܡܕܒܚܐ .
ܘܢܫܡܫܘܢ ܗܝܟܠܐ . ܘܢܛܪܘܢ ܟܠܗ ܡܐܢܐ
ܘܩܘܒܠܗ . ܒܟܠܗܝܢ ܥܕܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗܝܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܟܢܐ ܢܥܒܕܘܢ ✣

sente episcopo, ipse praedicet, et Evangelium legat, et quidquid ad ministerium ecclesiae requiritur ipse jubeat, et brachium sit atque lingua et decus episcopi, et quod secreto vult episcopus, ipse palam manifestet et presbyteros in subselliis sedere curet, et diaconis ipse praesit in ordine, quando sedet episcopus in throno. Et subdiaconos, qui exorcistae dicuntur, ad januas tempore officii constituat, librosque lectoribus tradi jubeat, et presbyteris, diaconisque ac subdiaconis hebdomadas distribuat quibus baptismum conferant, altarique deserviant et templum ejusque res custodiant. In omnibus ecclesiis, quibus adsunt episcopi, sic agant[1].

ANNOTATIONES.

[illegible]

Graecos usu ecclesiastico per Βῆμα eam designare templi partem, quae cancellis altaris clauditur, quamque latini *sanctuarium* appellant. Syri autem voce ܒܐܡܐ intelligunt *ambonem*, extra cancellos positum, in quo fit praedicatio ad populum, vel *pulpitum* in quo legitur Evangelium. Vid. Assemani *Biblioth. Orient.*, t. III, part. II, p. 531.

[1]) De archidiaconis redit sermo infra ad can. 19, 20 et 22. Can. 19 archidiacono jus tribuitur praecipiendi presbytero offerre oblationem quando abest episcopus. Canone 22 statuitur presbyteros, diaconos inferiosque clericos, non posse absque permissu archidiaconi vel rus vel alium in locum proficisci. Bar-Hebraeus, *Nomoc.*, cap. VII, sect. 6 abbreviat canones 15 et 19.

Ebed-Jesu nostrum canonem non recitat, sed aliquem profert canonem ex synodo Jesuiabi, in quo fere exscribuntur canones 15, 19, 22 : [illegible]

ܗܘ. ܗܢܘܢ ܕܫܒܘܥܐ ܡܩܒܠܝܢ: ܡܢ ܥܕܬܐ ܢܬܬܪܣܘܢ ܘܡܬܦܪܢܣܝܢ ܢܗܘܘܢ ܠܟܢܫܐ ܗܘ

16. Illi autem qui hebdomadas suscipiunt, ab ecclesia nutriantur,

ANNOTATIONES.

ܘܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܐܘ ܗܘ ܢܦܩ ܐܘ ܒܫܘܡܠܝܐ ܢܦܩܐ ܗܘ ܐܝܟܢܐ ܕܒܥܐ. ܘܗܘ ܕܝܢ ܕܡܩܕܫ ܒܫܘܡܠܝܐ ܢܩܕܫ. ܐܠܐ ܐܢ ܡܬܩܪܒ ܐܦܣܩܘܦܐ. ܕܝܠܗ ܗܘ ܕܢܦܩܘܕ ܠܗܘ ܕܡܩܕܫ ܐܢ ܨܒܐ. ܘܠܩܪܘܝܐ ܩܪܝܢܐ ܗܘ ܢܦܪܘܫ. ܘܠܬܪܥܐ ܢܙܗܪ. ܘܫܒܘܥܐ ܢܦܠܓ ܘܢܒܨܐ ܥܠ ܣܘܥܪܢܐ ܕܥܕܬܐ. ܘܕܠܐ ܡܠܟܐ ܘܦܘܩܕܢܐ ܕܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܩܠܝܪܝܩܐ ܗܢܘܢ ܕܡܬܪܣܝܢ ܡܢ ܥܕܬܐ ܠܡܐܙܠ ܠܡܕܝܢܬܐ ܐܘ ܠܕܘܟܬܐ ܐܚܪܬܐ. ܘܟܠ ܐܢܫ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܐܘ ܗܘܦܕܝܩܘܢ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܟܕ ܠܐ ܟܪܝܗ ܘܠܐ ܐܢܢܩܐ ܐܚܪܬܐ ܕܩܛܝܪܐ ܘܩܢܘܢܝܬܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܘܡܢ ܨܒܝܢܗ ܒܠܚܘܕ ܒܩܘܪܝܐ ܥܡܪ. ܘܒܥܕܢ ܨܠܘܬܐ ܠܘܬ ܚܒܪܘܗܝ ܠܐ ܡܫܬܟܚ. ܐܠܐ ܡܢ ܫܘܝܛܐ ܫܒܩ ܠܥܡܐ ܘܠܟܢܫܐ. ܘܩܐܡ ܘܝܬܒ ܒܕܝܩܘܢܝܘܢ ܐܘ ܐܙܠ ܠܒܝܬܗ. ܘܠܥܒܕܗ. ܗܢܐ ܕܟܘܝܢܐ ܘܟܠܝܐ ܫܘܐ ܠܗ. ܘܠܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܬܘܒ ܘܠܐ ܠܗ ܥܝܪܘܬܐ ܪܒܬܐ ܘܚܘܪܐ ܕܒܚܦܝܛܘܬܐ ܘܠܐ ܒܡܡܝܢܘܬܐ ܢܡܠܐ ܬܫܡܫܬܗ. ܘܐܝܟ ܫܪܓܐ ܩܕܡ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܩܕܡ ܥܕܬܐ. ܘܕܝܢܐ ܕܗܘܐ ܒܝܬ ܩܠܝܪܝܩܐ ܗܢܘ ܕܐܝܬ ܠܒܪܢܫܐ ܥܡ ܚܒܪܗ ܐܘ ܪܝܫܢܐ ܘܒܢܝ ܥܕܬܐ ܥܡ ܚܕܕܐ. ܗܘ ܢܫܡܥ ܘܢܦܣܘܩ ܒܝܢܬܗܘܢ.

« Ex synodo Jesuiabi. Necessario itaque exigitur ministerium archidiaconi, qui coram episcopo praesit ministerio clericorum in omnibus ministeriis, et congregationum ecclesiasticarum temporibus.... et sane pulchrum est et debitum, ac necessarium, ut quilibet episcopus habeat in sua cathedrali ecclesia archidiaconum. Homo autem, qui eligitur ad ministerium archidiaconatus, sit sapiens, disertus, mente sua pervigil, prudens et patiens, rectae voluntatis, justus, misericors, peritus ministerii, atque rituum ecclesiae. Et ipse praecipiat juxta voluntatem episcopi omnibus temporibus circa ordinem ministerii; et voluntas episcopi latens per linguam et verbum archidiaconi prodeat in publicum ad collocandos presbyteros in sedilibus, et ad ordines ministrorum: evangelium autem aut ipse legat, aut ejus jussu legat is, quicumque fuerit quem vocaverit; ille etiam qui sanctificat ipsius jussu sanctificet; at si praesens fuerit episcopus hujus est praecipere, si velit, ei qui sanctificat, et lectores lectionum ipse designet, et ostiarios admoneat, et hebdomadas dividat, et investiget de negotiis ecclesiae. Et absque consilio, ac jussu archidiaconi non possunt clerici illi, qui regimen accipiunt ab ecclesia, ad oppidum, aut alium locum ire. Et omnis vir presbyter aut diaconus, aut hypodiaconus, qui in civitate est, cum aegrotus non fuerit, nec necessitate alia, quae violenta sit et canonica, compulsus rusticatur ex mera sua voluntate, et tempore orationis inter socios suos non reperitur, sed ex contemptu relinquit populum et plebem, ac surgit et sedet in diaconio, aut pergit in domum suam, et ad opus suum hic increpatione dignus habeatur et interdicto. Archidiacono praeterea congruit vigilantia maxima, ac circumspectio ut sedulo et non negligenter, strenue et non remisse suum impleat ministerium instar lucernae coram episcopo et coram ecclesia. Et judicium quod inter clericos accidit, hoc est quod homo habet cum socio suo, aut praesules ac filii ecclesiae secum invicem habent, ipse audiat ac dirimat inter eos. »

Synodus autem Maronitarum Libaniensis non permittit ut archidiaconi lites praesulum ecclesiae, quales sunt archipresbyteri et periodeutae, dirimant. Statuit autem : « Archidiaconi officium est, diaconis caeterisque minoribus clericis praeesse; Evangelium in ecclesia legere, pastoralem episcopi baculum manu tenere : in contentiosa demum jurisdictione, et regenda ecclesiae re tem-

ܕܡܫܬܡܠܗ ܒܟܠ ܕܘܟ ܕܡ̈ܫܡܫܢܐ . ܘܒܟܠ
ܥܕܬܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܐܟܘܬܗ ܟܡܘܬ ܪܒܘܬܗ .
ܢܬܦܠܓܘܢ ܗܢܘ ܐܝܠܝܢ ܕܫ̈ܒܘܥܐ ܀

eorumque cubile sit in domo illa quae ministrorum esse ubique cognoscitur. Et in quacumque ecclesia, atque pariter in quacumque civitate, pro sua magnitudine, distribuantur hebdomadarii[1].

ܝܙ. ܥܠ ܡ̈ܥܠܠܬܐ ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܕܡܬܦܪܫܝܢ
ܘܡܬܓܥܠܝܢ ܠܓܒܪܐ ܗܘ ܕܡܗܝܡܢ ܪܒܝܬܐ
ܡܗܝܡܢܐ ܕܥܕܬܐ : ܢܡܘܣܐ ܗܢܐ ܠܩܠܝ̈ܕܐ
ܢܗܘܐ : ܕܐܦܛܪܘܦܐ ܢܬܬܣܝܡ ܥܠ
ܡܕܒܚܐ ܢܬܬܣܝܡܘܢ : ܘܗܘ ܕܗܘܐ ܪܒ
ܒܝܬܐ : ܡܢ ܡܕܒܚܐ ܢܣܒ ܐܢܝܢ ܐܢܝܢ .

17[2]. Circa redditus autem et donaria, quae segregantur et committuntur illi qui fidelis fit ecclesiae œconomus[3], haec sit lex, ut claves oeconomiae super altare collocentur, et ille qui futurus est oeconomus ex altare accipiat eas, et quando gestionis

ANNOTATIONES.

poraria, ministrum et vicarium generalem episcopi esse, ejusque, ut dicitur, oculum et manum. Quemadmodum tamen primus inter presbyteros archipresbyter, ita primus inter diaconos archidiaconus appellatur, et sicut archipresbyter non tempore et antiquitate, sed electione, et dignitate caeteris presbyteris praeponitur; sic et diaconis archidiaconus : unde illum non ordinat pontifex, nisi postquam filii ecclesiae, et filii dioeceseos consensum suum scripta manu signatum tradiderint : postulatur enim a clericis et plebe, ab episcopo tamen eligitur, et consecratur. Cum vero archidiaconus sine diaconis esse nequeat, ideo cavendum est, ne archidiaconi passim, et sine delectu ordinentur, sed unus tantum in cathedrali ecclesia ordinandus est, qui sit proprius episcopi archidiaconus, et alii in unaquaque terra, vel casali, qui clericis ejusdem loci praesideant : noverit autem archidiaconus mensuram suam servare : nam in ecclesia nostra diaconis, non presbyteris praeest, eo quod ad archidiaconatus dignitatem diaconos non presbyteros promoveamus; » ut decreverunt Patris concilii Trullani can. 7. Quem canonem recitat synodus Libaniensis. Deinde tradit ex canone arabico 62 juxta Ecchell. archidiaconos apud Syros orientales archipresbyteris, et periodeutis dignitate superiores esse, ipsosque charactere sacerdotali insignitos esse. « *Nos vero*, pergunt synodi Libaniensis Patres, antiquum ritum servantes, nec archidiaconatu presbyteros ornamus, nec archidiaconos presbyteris, multoque minus episcopis praecedere permittimus. » Vid. Al. Assemani *Codicem liturgicum*, t. X, p. 129; consule Binghami *Origines Eccles.*, lib. II, c. 21; Morini *De sacris ordinat.*, lib. 3, exercit. 16, c. 3; J. S. Assemani *Biblioth. Orient.*, t. III, part. II, p. 838, sqq.

[1]) Rabulas generatim praescribit : ܢܗܘܘܢ ܒܥܕܬܐ ܩܫܝ̈ܫܐ . ܐܦ ܡܫܡ̈ܫܢܐ . ܘܐܢ ܡܫܟܚܐ . ܐܦ ܒܢ̈ܝ ܩܝܡܐ . « Commorentur in ecclesia presbyteri, diaconi, et, si fieri potest, etiam filii foederis (clerici). » Ap. Overbeck, *Ephraemi Rabulae aliorumque opera selecta*, p. 220. Cyriacus patriarcha pro Jacobitis praescribit ap. ap. Bar-Hebraeum, *Nomocan.*, cap. V, sect. 5, ut « omnis presbyter hebdomadarius in ecclesia dormiat nocte per totam hebdomadam et adimpleat ministerium suum. »

[2]) Bar-Hebraeus, *Nomocan.*, cap. I, sect. 4, praesentem canonem fere integre recitat.

[3]) ܪܒܝܬܐ; verbotenus *magister domus*, graece οἰκονόμος seu dispensator ac administrator rei domesticae ac familiaris.

ܘܐܩܠܝܕܣ ܕܡܛܠܬܐ ܡܢ ܪܝܫ ܥܕܬܐ܃
ܐܘ ܗܘ ܐܦܣܩܘܦܗ ܨܒܐ ܕܠܡܫܪܝܘܗܝ ܡܢ
ܗܢܐ ܣܘܥܪܢܐ܃ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܢܣܝܡ ܐܢܝܢ
ܠܩܠܝ̈ܕܐ. ܘܐܝܟ ܕܫܘܐ ܦܘܪܥܢܗ܃ ܡܢ ܡܪܗ
ܕܡܕܒܚܐ ܢܩܒܠ. ܐܢ ܕܛܒ ܘܐܢ ܕܒܝܫ ܀

ܝܚ. ܘܟܠ ܕܝܢ ܩܫܝܫܐ ܕܒܡܕܝܢܬܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܘܡܬܟܪܗ ܠܐ ܟܪܝܗ ܘܥܠ ܣܦܣܠܐ
ܥܡ ܚܒܪ̈ܘܗܝ ܒܒܝܡܐ ܕܥܕܬܐ ܠܐ ܩܐܡ܃

ratio exigitur, aut vult ejus episcopus eum ab hoc negotio liberare, super altare istas claves deponat, et aequam, quam meretur, retributionem sive bonam sive malam a domino altaris recipiat[1].

18[2]. Omnis autem presbyter qui in civitate est, seque aegrotantem fingit[3], et cum sociis in subselliis tem-

ANNOTATIONES.

[1]) Hunc canonem, nonnullis mutatis, refert Ebed-Jesu, *Collect. canon.*, tr. VI, c. 9 : ܥܠܠܬܐ ܕܝܢ ܘܟܠܗܝܢ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܕܥܕܬܐ ܐܡܬܝ ܕܡܬܣܥܪܝܢ ܢܬܓܥܠܘܢ ܠܓܒܪܐ ܪܒܝܬܐ ܡܗܝܡܢܐ. ܘܢܫܬܠܡܢ ܠܗ ܟܠ ܡܟܬ̈ܒܢܘܬܐ ܟܬܒܐ ܕܩܘܒܠܗܘܢ. ܘܩܠܝ̈ܕܐ ܕܪܒ ܒܝܬܘܬܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܢܬܬܣܝܡܘܢ ܡܢ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ. ܘܒܦܘܩܕܢܗ ܢܫܩܘܠ ܗܘ ܪܒܝܬܐ ܘܢܩܪܘܒ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܕܒܚܐ. ܘܡܐ ܕܫܒܩ ܠܗ ܡܢ ܪܒ ܒܝܬܘܬܐ. ܐܢ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܨܒܐ ܕܢܫܪܝܘܗܝ. ܩܠܝ̈ܕܐ ܕܪܒ ܒܝܬܘܬܐ ܘܟܬ̈ܒܐ ܟܠܗܘܢ ܕܩܘܒܠܗ ܘܕܚܘܫܒܢܘܗܝ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܢܣܝܡ ܐܢܘܢ ܗܘ ܪܒܝܬܐ ܒܐܝ̈ܕܘܗܝ. ܘܐܝܟ ܕܫܘܐ ܦܘܪܥܢܗ ܡܢ ܡܪܗ ܕܡܕܒܚܐ ܢܩܒܠ ܐܢ ܕܛܒ ܘܐܢ ܕܒܝܫ ܀ « Redditus etiam et omnia donaria ecclesiae, quando visitabuntur, committantur viro fideli oeconomo, et ita tradantur ei omnia descripta, cum syngrapha receptionis; claves autem oeconomatus super altare collocentur ab archidiacono, cujus mandato ab altari eas recipit ipse oeconomus accedens ad altare. Et quando dimittitur ab oeconomatu, siquidem archidiaconus eum dimittere voluerit, claves omnes oeconomatus et scripturae omnes, seu syngraphae receptionis ipsius oeconomi, et liber rationum ejusdem super altare collocabuntur ab ipso oeconomo manibus suis; et, prout, meritur, retributionem suam a domino altaris recipiet, sive bonam, sive malam. » Juxta Ebed-Jesu archidiaconi est oeconomum ab officio suo solvere, juxta synodum Seleuciensem ea res episcopum spectat.

Eumdem canonem abbreviatum refert Bar-Hebraeus, *Nomoc.*, cap. I, sect. 4. Oeconomum, penes quem una cum episcopo bonorum ecclesiae administratio sit, e clero eligendum esse statuunt concil. Antioch. can. 24, et Chalced. can 26. Excipit támen Rabulas si deficiant clerici idonei : ܠܐ ܢܗܘܘܢ ܥܠܡܝ̈ܐ ܪ̈ܒܝ ܒܬ̈ܐ: ܐܠܐ ܐܢ ܐܝܟܐ ܕܚܣܝܪ ܩܝܡܐ ܕܫܘܝܢ. « Ne fiant saeculares oeconomi, nisi ubi desunt clerici idonei » (ap. Overbeck, *Ephraemi, Rabulae aliorumque opera selecta*, p. 220).

Concilium Seleuciense oeconomos ab archidiaconis distinguit, et cum eo faciunt Nestoriani et Jacobitae; apud Maronitas autem archidiaconus oeconomus simul est, ut constat ex synodo Libaniensi (ap. Assemanum, *Cod. liturg*,, X, 132). Jacobitae oeconomos ex secularibus eligunt, quos deinde antequam munus exercere incipiant, cantoratui initiant (vid. *Cod. liturg.*, l. c.). De *oeconomis* agit Ebed-Jesu, *Coll. can.*, tract. VI, cap. 9.

[2]) Bar-Hebraeus, *Nomocan.*, cap. V, sect. 5, abbreviat canones 18, 20 et 21.

[3]) ܘܡܬܟܪܗ ܠܐ ܟܪܝܗ, lexicis deficientibus, participium esse putaverim vocis *Paël* a radice ܟܪܗ . Sit igitur ܡܬܟܪܗ ܠܐ ܟܪܝܗ *se aegrotum faciens non aegrotus*, aliis verbis, *morbum fingens* aegrotum se esse simulans. Confirmatur ex Ebed-

ܘܒܙܒܢ ܩܘܪܒܢܐ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܠܐ ܩܐܡ ، ܢܦܠ ܡܢ ܬܫܡܫܬܗ ܀

ܝܛ. ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܕܝܢ ܢܗܘܐ ܐܡܪ ܠܚܕ ܩܫܝܫܐ ܕܢܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܐܡܬܝ ܕܢܦܩ ܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܪܝܒ ܆ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܫܠܛ ܕܢܦܩܘܕ ܐܝܟ ܕܨܒܐ ܀

ܟ. ܘܐܦ ܡܫܡܫܢܐ ܗܟܢܐ. ܟܠ ܓܒܪܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܡܬܟܪܗ ܠܐ ܟܪܝܗ ܆ ܘܒܥܕܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܒܥܕܬܐ ܇ ܘܒܣܕܪܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܒܥܡܐ ܠܐ ܩܐܡ ܆ ܐܦ ܟܕ ܡܢ ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܡܬܦܩܕ

pore orationis non sedet, et tempore oblationis coram altari non adstat, ab officio deponatur[1].

19[2]. Archidiaconus autem praecipiat presbytero ut offerat oblationem, quando abest episcopus; ubi vero episcopus adest, episcopi est praecipere prout vult[3].

20. Et diaconi sic. Omnis diaconus qui in civitate est, seque aegrotum fingens tempore orationis in ecclesia non adest, et in ordine diaconorum in populo non adstat, et ab archidiacono jussus orarium[4] accipere et bema

ANNOTATIONES.

Jesu, apud quem ܡܬܟܪܗ ܠܐ ܟܪܝܗ vertitur ab Al. Assemano : *cum non aegrotus fuerit*. Merito autem punitur qui sub falso morbi praetextu orationi et officio non vacat. Morbus enim fictus justam excusationis causam non praebet, ut quis muneri suo adimplendo desit.

1) Jesuiabus, in canone quem supra recitavimus, hunc canonem verbotenus exscribit. In eamdem rem alterum praebet canonem Ebed-Jesu, *Collect. canon.*, tract. VI, c. 6, c. 9 : ܐܝܟܐ ܕܝܬܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܐ ܡܫܠܛܝܢ ܩܠܝܪܝܩܐ ܕܢܬܒܘܢ ܣܛܪ ܡܢ ܦܘܩܕܢܗ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܐܝܟܐ ܕܝܬܒ ܩܫܝܫܐ ܠܐ ܡܫܠܛܝܢ ܡܫܡܫܢܐ ܕܢܬܒܘܢ ܣܛܪ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܕܩܫܝܫܐ. ܘܐܝܟܐ ܕܝܬܒܝܢ ܡܫܡܫܢܐ ܠܐ ܡܫܠܛܝܢ ܩܪܘܝܐ ܘܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ܕܢܬܒܘܢ ܣܛܪ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܫܡܫܢܐ. ܘܒܥܕܢܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܠܐ ܡܫܠܛ ܠܗܘܢ ܕܢܫܒܩܘܢ ܡܕܒܚܐ ܘܢܐܙܠܘܢ. ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܒܩܢܟܐ ܢܩܘܡܘܢ. ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܦܢܝܢ ܒܕܝܩܘܢܝܩܘܢ ܘܒܗܝܟܠܐ ܘܒܕܪܬܐ ܕܥܕܬܐ ܒܡܘܬܒܐ ܘܒܡܡܠܠܐ ܒܣܝܡܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܢܫܐ ܕܟܪܝܗ. ܡܛܠ ܕܚܝܠܘܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ ܡܚܕܪܢ ܠܗ ܠܡܕܒܚܐ ܒܥܕܢܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܩܕܝܫܐ ܡܬܩܪܒܝܢ ܀ « Porro ubi sedet episcopus, clerici absque ejusdem jussione sedere nequeunt. Simili etiam ratione, ubi sedet presbyter, diaconi sedere nequeunt sine ipsius presbyteri jussione. Et ubi sedent diaconi, lectores et hypodiaconi sedere non possunt absque ipsius diaconi jussione. Et tempore mysteriorum non possunt deserere altare, ut alio migrent, sed omnes in cancellis consistant, neque errent in diaconio, et in templo atque in area ecclesiae sedentes familiari colloquio ibi non utantur; nisi quispiam fuerit infirmus; nam virtutes coelestes altare circumdant tempore quo mysteria sancta offeruntur. » Cf. Rabulas, can. 25, *De sacerd. et cler.*, et Cyriacum, ap. Bar-Hebraeum, *Nomoc.*, cap. V, sect. 25.

2) Refertur a Bar-Hebraeo, *Nomoc.*, cap. VII, 6.

3) Vid. can. 15.

4) ܐܘܪܪܐ latine *orarium*, genus quoddam stolae, qua utuntur diaconi in divinis officiis celebrandis. Orarium gestant diaconi in humero sinistro ex utraque parte pendulum, illud autem

ܕܢܣܩ ܐܘܟܐ ܘܢܣܩ ܠܒܐܡܐ. ܘܢܣܒ ܟܬܒܐ
ܘܢܩܪܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܩܪܐ ܬܘܒ ܫܒܩ
ܠܬܫܡܫܬܗ ܘܐܙܠ ܦܗܐ. ܢܩܒܠ ܡܟܣܢ
ܦܘܪܥܢܐ ܕܙܕܩ ܠܗ. ܐܠܐ ܐܦܠܐ ܒܥܕܢ
ܕܕܝܐܩܘܢܝܩܘܢ ܢܗܘܐ ܡܫܠܛ ܠܗ ܕܢܪܦܐ
ܠܥܡܐ ܒܥܕܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܘܢܬܒ ܠܓܘ. ܐܠܐ
ܐܢ ܕܟܪܝܗܐ ܡܬܟܪܗ ܟܪܝܗ. ܐܠܐ ܥܡ ܚܒܪܘܗܝ
ܒܣܕܪܐ ܢܩܘܡ. ܘܒܥܕܢܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܩܕܡ
ܡܕܒܚܐ ܢܩܘܡ. ܥܕܡܐ ܕܡܫܬܠܡ ܥܕܢܐ. ܥܠ
ܡܫܡܫܢܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܥܠ ܗܠܝܢ ܩܢܘܢܐ
ܦܣܩܐ: ܡܫܠܛ ܗܘ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܕܢܥܒܕ ܐܝܟ
ܕܙܕܩ ܠܟܐܢܘ ܥܠܘܗܝ ܀

ascendere, librumque apprehendere et legere, postquam legerit, iterum relinquit ministerium suum et abit vagans, quam meretur poenam recipiat. Sed neque liceat ei tempore orationis populum relinquere,et intus in diaconio[1] sedere, nisi forte aegrotet, sed cum sociis suis in ordine adstet, et tempore oblationis coram altari adsit, donec absolvatur tempus. Adversus diaconum haec statuta spernentem, auctoritatem habet ipse archidiaconus, ut aequum de eo ferat judicium[2].

ANNOTATIONES.

non alligant sub brachio dextro, ut Latini faciunt. Vid. Morinum, *De sacris ordinat.*, annot. 6 in graec. ordin. Synodus Laodicaena, can. 22 et 23 prohibet ne subdiaconi et clerici inferiores orariis utantur. Synodus autem Libaniensis (*Cod. Liturg.*, X, 122) illud permittit Maronitis lectoribus et subdiaconis; lectores porro et subdiaconi illud ex humero sinistro pendulum deferunt, diaconi vero humero sinistro impositum sub dextero brachio.

[1]) ܒܝܬ ܕܝܐܩܘܢܝܩܘܢ *domus diaconii* seu *diaconium*. Diaconium autem vocant Syri eam templi partem quae cancellis clauditur, et in qua ministri varia praeparant, quae ad altare requiruntur. Vid. Dissert. meam *De Syrorum fide et disciplina in re eucharistica*, p. 92.

[2]) Varia hic enumerantur diaconorum munia, quae fusius a synodo Maronitarum Libaniensi ita describuntur : « Diaconi officium est sacerdoti ad altare ministrare; ecclesiam et populum incensare; epistolam et evangelium publice legere; panem et vinum ad altare deferre; flabellum ad arcenda ab altari insecta, et ad celebrantis, mysteriorumque honorem agitare, Eucharistiam diaconis, inferioribus clericis et populo praebere; episcopo et presbytero absentibus, etiam solemniter baptizare, eisque permittentibus, praedicare; et concionari ad populum, ab episcopo denique aerario ecclesiastico praefici. Ut vero mensuram suam non excederent diaconi, praeceperunt Patres (Laod. c. 10) : 1o quod non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed jussione presbyteri sedeat; 2o quod (Nic. c. 18) non audeant presbyteris gratiam sacrae communionis porrigere; 3o quod (*Const. apost.*, l. 8, c. 28) non debeant benedicere, seu dare benedictionem, sed potius illam a presbytero accipere; 4o quod (ibid.) praesente presbytero non debeant baptizare; 5o quod (ibid.) non possint offerre, oblatione vero a presbytero, aut episcopo facta, diaconi dant populo, non tanquam sacerdotes, sed tanquam qui ministrant presbyteris. » Vid. Assemani *Cod. Liturg.*, t. X, p. 124. Rabulas (ap. Overbeck, lib. cit., p. 220) statuit: « Presbyteri legant Evangelium ubi adsunt non autem diaconi. » Idem praecipit pro Jacobitis Cyriacus ap. Bar-Hebraeum, *Nomocan.*, cap. V, sect. 5 : « Consuetum non est in regionibes nostris, ut diaconi legant Evangelium in ecclesiis et monasteriis. »

ܟܐ ․ ܘܐܦ ܗܘܦܘܕ̈ܝܩܢܐ ܠܘܩܒܠ ܗܢܐ
ܡܬܕܒܪܘܬܐ . ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܕܒܥܕܢܐ
ܕܬܫܡܫܬܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܒܥܕܬܐ ، ܐܠܐ ܐܢ
ܟܪܝܗ ܐܘ ܣܐܡ ܠܒܪ : ܘܒܓܘܕܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ
ܠܐ ܩܐܡ ، ܘܥܠ ܬܪ̈ܥܐ ܕܗܝܟܠܐ ܒܥܕܢܐ ܕܬܫܡܫܬܐ
ܠܐ ܡܙܕܗܪ ، ܢܦܘܩ ܠܒܪ . ܐܝܟܢܐ ܕܪܦܝܘܬܐ
ܗܕܐ ܠܣܓܝ̈ܐܐ ܠܐ ܬܚܒܠ ܀

ܟܒ . ܕܐܪܟܝܕܝܩܢ ܕܝܢ ܗܘ ܕܗܘܐ . ܕܝܠܗ
ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܡܠܝ̈ܐ ܕܢܬܒܥ ܘܠܡܒܨܝܘ ܥܠ
ܐܢܫ ܐܢܫ . ܘܕܠܐ ܡܠܟܗ ܐܢܫ ܡܢ ܩܫܝ̈ܫܐ
ܐܘ ܡܢ ܡܫܡܫ̈ܢܐ ܐܘ ܡܢ ܗܘܦܘܕ̈ܝܩܢܐ ܐܘ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܩܝܡܐ ، ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܗ
ܕܢܐܙܠ ܠܩܪܝܬܐ : ܐܘ ܠܕܘܟ ܐܚܪܢܐ . ܐܠܐ
ܕܚܦܝܛܐܝܬ ܘܒܗܘܝܢܐܝܬ ܙܕܩ ܠܗ
ܠܐܪܟܝܕܝܩܢ ܕܢܫܡܫ ܒܥܕܬܗ ܕܡܫܝܚܐ .
ܘܢܗܘܐ ܕܡܘܬܐ ܫܦܝܪܬܐ ܠܣܓܝ̈ܐܐ . ܡܛܠ
ܕܗܘܝܘ ܫܪܓܐ ܕܥܕܬܐ . ܘܢܘܗܪܐ ܩܕܡ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܡܠܬܗ ܘܒܝܘܠܦܢܗ ܀

21. Eodem modo etiam subdiaconi. Quisquis ex eis tempore officii in ecclesia non reperitur, nisi aegrotet aut iter habeat, et in choro psalmis non interest, et foribus templi tempore officii non invigilat, ejiciatur; ne haec relaxatio alios corrumpat[1].

22. Ad eum autem qui archidiaconus est, pertinet haec statuta vindicare, ac de unoquoque inquirere. Nemini autem ex presbyteris, aut ex diaconis, aut ex subdiaconis, aut ex omnibus filiis foederis sine ejus consilio liceat rus, aut alium in locum proficisci; sed archidiaconum oportet strenue et sedulo ministrare in ecclesia Christi, ut sit pulchrum multis exemplar; quoniam ipse est lucerna ecclesiae et lumen coram episcopo per verbum suum suamque doctrinam[2].

ANNOTATIONES.

[1]) Hoc canone decernitur poena in subdiaconos qui munus non adimplent. Ad officium autem subdiaconi in ecclesia syriaca pertinet ecclesiae fores custodire et cymbalum pulsare, quod in ecclesia latina proprium est munus ostiariorum. Quaenam sint subdiaconi partes in divinis officiis celebrandis perspicue declarat synodus Maronitarum Libaniensis : « Subdiaconi officium est diacono ministrare, ecclesiae fores custodire; cymbalum, tintinnabulum, et campanam pulsare; ceroferrarium ferre, luminaria ecclesiae accendere; aquam et vinum ad ministerium altaris praeparare; aquamanile, et mantile accipere, et celebranti aquam ad lavandum fundere, et mantile, seu mappulam ad abstergendas manus praebere; pallas altaris, et corporalia abluere; calicem et patenam in usum sacrificii diacono offerre; ex Epistolis demum canonicis, ex Actibus apostolorum in ecclesia legere. Continet itaque in se uno tres ordines, qui in Ecclesia Romana separatim conferuntur, ostiariatum scilicet, acolythatum, et subdiaconatum. Cumque apud nos inter minores ordines adhuc computetur, hinc subdiaconus non tenetur ad horas canonicas, neque ad servandam castitatem, sicut tenentur presbyter et diaconus. Quamobrem fas illi est etiam post ordinationem uxorem ducere. » Vid. Assemani *Cod. Liturg.*, -. X, p. 123.

[2]) Cf. supra Jesuiabus ad can. 15.

[illegible]

23. Non autem apprehendatur neque amplius supersit mos iste vetus, ut, adstante presbytero seniore, oblationem non offerat qui ipso junior est, quia propter hanc causam omnes seniores deserunt et exeunt, ut nempe locum dent junioribus. Liceat etiam ei, qui aliis junior est, coram episcopo, si ab ipso jubeatur, offerre; et si coram episcopo offerre potest, eo magis coram sociis suis ipso senioribus offerre debet. Tantummodo quando abest episcopus, omni presbytero offerenti honor a ceteris deferendus est, quicumque ille sit sive senior, sive junior. Nemini igitur presbyterorum vel diaconorum licet deserere altare et discedere; quamvis oporteat sibi invicem honorem exhibere secundum vocem Apostoli[1] praecipientis ut quisque per honorem, proximum suum se ipso meliorem reputet[2].

ANNOTATIONES.

[1]) *Epist. ad Philipp.* II, 3.

[2]) In hanc rem sequentem profert canonem Ebed-Jesu, *Collect. can.*, tract. VI, c. 6, c. 10:

[illegible]

[illegible]

* Relatum fuit in congregatione episcoporum, quod nonnulli clerici ausu temerario se invicem

[Syriac text]

24. De contemnenda autem hac consuetudine quae levius et non convenienter irrepsit, ut illis, qui juniores sunt et doctrinam Scripturarum notam non habent, inconsiderate et leviter dextera sacerdotii imponeretur absque distinctione, deinceps haec definitio obtineat, juxta praeceptum synodi[1], ut qui triginta annos natus

ANNOTATIONES.

petant, et stationem socii sui invadant, et quod seipsos in statione, quae in ordine est, honorent, obliti nimirum illius dicti : *ille, qui se ipsum humiliaverit, exaltabitur*. Et illius sententiae gloriosi Pauli : *unusquisque proximum suum in charitate seipso meliorem reputet*. Ne itaque hujusmodi inordinatio in ecclesia amplius obtineat, patrum canones exhibentes docemus, quod omnis presbyter, et diaconus secundum diem, in quo ordinatus est, et ordinabitur ab episcopo, aut metropolita, aut patriarcha, locum habeat, ac stet in ordine supra socium suum, aut infra eumdem socium, idque sive senior socio fuerit aetate et doctior, sive aetate junior et doctrina minor exstiterit. »

[1]) Synodus Nicaena, ad quam provocare videntur Patres Seleucienses, can. 2 prohibet ne gentiles, qui ad fidem convertuntur, statim post susceptum baptismum, ad sublimem sacerdotii gradum promoveantur, et can. 9 jubet ordinandos non nisi cum examine admittendos esse. Quanam autem aetate possit quis ad sacerdotium provehi nullibi in canonibus concilii Nicaeni definitum invenimus. Aetatem tamen triginta annorum requirit concilium Neocaesariense, can. 11.

Concinit alius canon apud Ebed-Jesu, *Collect. can.*, tr. VI, c. 4, can. 2 : [Syriac text]

[Syriac text] « Qui aetate pueri sunt, etsi scientiam habeant et scripturas legere didicerint, non est dextra manus illis imponenda, dum pueri sunt, sed lectores tantummodo fiant. Cum vero ad adolescentiam pervenerint, hypodiaconi ordinantur. Diaconi vero, qui adolescentiam superant, et juvenum aetatem attingunt, velut qui ad annum decimum octavum, et ultra pervenerunt, et prudentiam naturae convenientem assecuti sunt : ii autem qui quintum supra vigesimum aetatis annum, et ultra attigerunt, isti presbyteratus ordinationem suscipiant. Attamen juxta antiquum mandatum ante annum trigesimum presbyter non est ordinandus. » Recentiores autem Nestoriani adolescentes annorum 17, 18 et 20 presbyteros constituunt, ut videre est apud Assemanum, *Bibl. Orient.*, t. III, part. II, p. 334.

Recte notant auctores disciplinam Ecclesiae in hac re diversam fuisse pro temporibus et locis, quod verum esse non tantum pro Latinis et

ܡܢ ܐܢܫܝܢ ܡܢܝܢ܂ ܝܡܝܢܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ ܠܐ ܬܬܬܣܝܡ ܥܠܘܗܝ܀

ܟܗ. ܬܘܒ ܠܐ ܢܫܠܛ ܐܦܝܣܩܘܦܐ܂ ܕܢܣܝܡ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܒܕܘܟܝܬܐ ܦܫܝܛܬܐ܂ ܐܠܐ ܒܥܕܬܐ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ܀

ܟܘ. ܘܐܝܢܐ ܕܗܕܝܘܛ ܒܝܘܠܦܢܐ܂ ܐܢ ܕܘܝܕ ܟܠܗ ܡܢ ܦܘܡܗ ܠܐ ܩܪܐ ܐܦܠܐ ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ܢܗܘܐ. ܐܠܐ ܢܬܟܠܐ ܕܠܐ ܢܗܘܐ܆ ܥܕܡܐ ܕܟܠܗ ܕܘܝܕ ܡܢ ܦܘܡܗ ܢܐܠܦ ܘܢܩܪܐ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܓܝܪ ܪܦܝܘܬܐ܂ ܥܐܠܐ ܗܕܝܘܛܘܬܐ ܒܥܕܬܐ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܓܕܫ ܘܩܒܠ ܐܢܫ ܡܢ ܩܕܡ ܠܐ ܡܠܦ܂ ܝܡܝܢܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ ܐܘ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ܆ ܬܘܒ ܢܬܟܢܫ ܠܢܦܫܗ܂ ܘܢܐܠܦ ܘܢܪܢܐ ܒܝܘܠܦܢܐ: ܕܠܐ ܢܕܡܟܘܢ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܗܕܝܘܛܐ ܒܡܠܬܗܘܢ ܘܒܝܘܠܦܢܗܘܢ܀

non est, ei dextera presbyteratus non imponatur.

25. Neque etiam liceat episcopo presbyteros in locis simplicibus ordinare, nisi in ecclesia coram altari[1].

26[2]. Qui autem in doctrina rudis est, si totum Davidem ore non recitet, nequidem subdiaconus fieri potest, prohibeatur igitur ne fiat donec totum Davidem ore didicerit atque recitare possit; nam ob hanc relaxationem ignorantia irrepit in ecclesia. Si vero acciderit quempiam indoctum dexteram presbyteratus aut diaconatus accepisse, seipsum recolligat, et edoceatur doctrinamque meditetur, ut neque dormitent ministri Christi, neque sint in verbo et doctrina rudes[3].

ANNOTATIONES.

Graecis sed etiam pro Syris, ex dictis patet. Syri rursus cum Graecis et Latinis conveniunt in arcendis ab ordinibus sacris iis qui infirmitate corporali aut spirituali laborant. Statuit Rabulas, *Monit. ad sacerd.*, 13 : ܠܐ ܢܩܪܒܘܢ ܦܪܝܘܕܘܛܐ ܡܩܪܒܝܢ ܠܟܗܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܙܐܛܡܐ ܠܥܒܕܐ ܕܥܒܕܘܬܐ. ܘܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܒܥܒܕܐ ܕܥܒܕܘܬܐ ܘܠܐ ܐܬܚܪܪܘ. « Ne praesentent periodeutae ad gradum sacerdotii virum habentem *Ζητημα* neque eos qui servituti subjacent et nondum emancipati sunt. » Bar-Hebraeus, *Nomocan.*, VII, 5, ab ordinibus arcet mutos et coecos, adulterii et fornicationis reos, et eos qui se castrarunt, qui post baptismum duobus conjugiis se implicarunt, qui viduam, aut fornicariam duxerunt, qui duas sorores aut sororis filiam uxorem acceperunt.

[1]) Concinit Ebed-Jesu, *Collect. can.*, tr. VI, c. 4, can. 1 : ܦܩܕܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܫܡ̈ܫܐ ܕܟܠܗܘܢ ܕܪ̈ܓܐ ܥܕܬܢܝ̈ܐ. ܠܐ ܐܝܟ ܒܕܘܟܝ̈ܬܐ ܦܫܝܛ̈ܬܐ ܢܥܒܕܘܢ. ܐܠܐ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܢܗܘܐ. ܡܫܡ̈ܫܢܝܬܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܢ̈ܫܐ ܐܢܝܢ. ܒܒܝܬ ܕܝܩܘܢܘܢ ܢܩܒܠܢ ܟܝܪܘܛܘܢܝܐ ܩܕܡ ܬܪܥܐ ܕܥܐܠ ܠܩܢ̈ܟܠܐ܀ « Praecepit synodus ut episcopi chirotonias quorumque ecclesiasticorum ordinum non in simplicibus locis, sed in sancta ecclesia, et coram altari facere debeant. Diaconissae autem, quia mulieres sunt, in diaconio quidem ordinationem accipiant, sed ante portam, qua ad cancellos ingressus patet. »

[2]) Hunc canonem abbreviat Bar-Hebraeus, *Nomoc.*, c. VII, sect. 8.

[3]) Rabulas, *Monita ad sacerdotes et filio foederis*, can. 1, ait : ܩܕܡ ܟܠ ܡܕܡ܂ ܢܗܘܘܢ

[illegible]

Post alia[1], *ex iisdem actibus.*

27[2]. Omnis autem episcopus in sua dioecesi atque civitate potestatem habet presbyteros et diaconos constituendi, docendi ecclesiasque aedificandi, et omnia quae vult bona augendi, ut sit pulchrum exemplar. Episcopus autem metropolita, qui praeficitur episcopis fratribus suis, sicut honorandus est in gradu suo inter episcopos, ita etiam ejus sit

a) Ebed-Jesu addit : [illegible]

ANNOTATIONES.

[illegible]

« Ante omnia sciant filii ecclesiae fidem veram ecclesiae sanctae, ne eos in errorem inducant haeretici. » Et can. 19 : [illegible]

« Discant psalmos filii foederis et sanctimoniales etiam cantica. » Cyriacus patriarcha apud eumdem Bar-Hebraeum, loc. cit. : « Subdiaconus minor viginti annis non fiat : et hoc ubi percurrerit omnes psalmos Davidis. »

Concinit Ebed-Jesu, *Can. syn. collect.*, tr. VI, c. 4, c. 3 : [illegible]

[illegible]

« Si quis fuerit idiota doctrina, necessitas autem exegerit, ut is ex coetu ministrorum altaris existat, si ore suo David (psalterium) non recitaverit, subdiaconus haudquaquam fiat. Ille vero qui divinorum librorum doctrinam non callet, puta lectiones, et novum (Testamentum) et librum Apostoli nescit, civitati diaconus non ordinetur. Ruri autem si necessitas postulaverit, et aliquos psalmos Davidis recitet, hic pago illi ordinetur propter necessitatem, ne scilicet rus illud careat integro ministerio, sed praeponatur ei presbyter, qui illum instituere omnino curet. Si autem id contigerit ante diem, quo presbyter vel diaconus ordinatur, seipsum colligat, et in doctrina sit assiduus, ne ministri Christi similes sint laïcis ruditate verborum suorum suaeque doctrinae. » Confer etiam in hanc rem can. Nicaen. arab. 65.

[1]) Hic rursus monemur non omnia concilia acta in codice nostro inveniri.

[2]) Ebed-Jesu, *Collect. canon.*, tr. VIII, cap. 9 et 17 hunc canonum integre recitat.

ܐܠܨܐ ܐܝܟ ܗܕܐ܆ ܕܗܘ ܢܟܬܘܒ ܦܢܩܝܬܐ
ܘܢܘܕܥ ܠܩܬܘܠܝܩܐ[a]܆ ܥܠ ܟܠ ܨܒܘ ܕܗܘܝܐ
ܒܝܢܬܗܘܢ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܕܩܪܝܒܝܢ ܠܗ܂
ܘܟܒܝܫܝܢ ܐܝܕܗ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܘܗܘ ܢܘܕܥ
ܠܐܚܘܗܝ ܡܕܡ ܕܐܬܟܬܒ ܠܗ ܡܢ
ܩܬܘܠܝܩܐ. ܘܡܢܗ ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܢܬܝܕܥ
ܩܬܘܠܝܩܐ܂ ܥܠ ܟܠ ܨܒܘ ܕܗܘܝܐ
ܒܝܢܬܗܘܢ܂ ܘܐܢ ܢܬܓܕܫ ܘܢܗܘܐ ܚܪܝܢܐ
ܡܕܡ ܘܕܝܢܐ ܒܝܬ ܐܦܣܩܘܦܐ ܠܚܒܪܗ
ܐܘܒܝܬ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܠܐܦܣܩܘܦܗ
܂ ܐܘ ܡܛܠ ܫܘܠܛܢܐ ܕܬܫܡܫܬܐ܆ ܐܘ ܡܛܠ
ܕܗܘ ܐܦܣܩܘܦܐ ܐܚܪܢ ܠܐ ܡܬܕܒܪ ܒܚܘܒܐ܆
ܒܫܦܝܪܘܬ ܘܒܡܟܝܟܘܬ ܢܬܒ ܒܝܢܬܗܘܢ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܡܛܪܘܦܘܠܝܛܝܣ ܗܘ
ܕܐܬܬܣܝܡ ܠܥܠܝܗܘܢ܂ ܐܝܟ ܡܕܡ

Ebed-Jesu : ܠܡܛܪܦܘܠܝܛܝܣ.

oportet, ut scribat libellum[1], catholicumque admoneat de omni re gesta inter episcopos ejus proximos eique subjectos, et notificet fratribus suis quid sibi a catholico rescriptum fuerit; et ab ipso admoneatur catholicus de omni re quae gesta fuerit inter eos; et si fieri contingat contentionem quampiam aut litem inter episcopum ejusque collegam, aut inter presbyterum vel diaconum et eorum episcopum aut propter jus ministerii, aut quia forte episcopus cum charitate non agit, suaviter et humiliter sedeat inter eos episcopus metropolita ipsis praepositus, secundum quod scriptum est in canone synodi magnae[2]. Si autem pro metropolita dif-

ANNOTATIONES.

¹) ܦܢܩܝܬܐ graece πίναξ *asser*, *tabula picta*, *libellus*.

²) ܣܢܘܗܕܘܣ ܪܒܬܐ *synodus magna*, id est, synodus Nicaena, quae ipsa se *magnam* et *sanctam* appellat in can. 8. Quisnam autem sit ille synodi Nicaenae canon, ad quem provocant Patres Seleucienses, non ita liquet. Fortasse provocant ad canonem quintum, in quo statuitur lites dirimendas esse a synodo cujusque provinciae, cui, juxta concilium, praeesse debet archiepiscopus. Si canones arabici concilio Nicaeno adscripti, ipsius sint, admitti potest Patres Seleucienses provocare ad can. 44 et sqq.

Patet tamen alia explicationis via multo facilior, si nempe admittatur Patres Seleucienses concilio Nicaeno canones omnes attribuisse, quos in Orientem detulisse fertur S. Maruthas. Testantur enim auctores, ut supra diximus, S. Marutham ad Orientales detulisse libellum, in quo inscripti erant canones a Patribus occidentalibus in variis conciliis sanciti. Ideo autem hanc collectionem sub nomine concilii Nicaeni allegaverint, quod omnes canones in ea contenti ad mentem Patrum Nicaenorum lati fuerint. Eodem modo canones Sardicenses a nonnullis Graecis concilio Nicaeno tribuuntur. Quae conjectura si admittatur, dicendum erit provocasse Patres Seleucienses ad concilium Antiochenum anno 341 habitum, in quo statuitur canone 9 : « Per singulas regiones episcopos convenit nosse, metropolitanum episcopum sollicitudinem totius provinciae gerere. Propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere concurrant. Unde placuit, eum et honore praecellere, et nihil amplius praeter eum caeteros episcopos agere,

ܕܒܠܚܘܕ ܒܫܠܝܐ ܕܡܫܬܘܕܝܘܬܗ ܢܟܬܘܒ :
ܐܦܢ ܩܫܝܐ ܗܝ ܡܢܗ ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܛܝܣ
ܒܫܠܡܐ ܐܝܟ ܕܗܘ ، ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܦܣܩܝܗ
ܠܚܪܝܢܗ ، ܢܟܬܘܒ ܘܢܘܕܥ ܠܩܬܘܠܝܩܐ :
ܘܢܬܦܨܐ ܗܘ ܡܢ ܚܪܝܢܐ . ܘܗܘ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܢܟܬܘܒ : ܘܐܝܟ ܚܟܡܬܗ ܗܘ ܢܦܩܘܕ
ܘܢܫܪܐ ܠܚܘܠܡܢܐ . ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܢ ܗܘ
ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܝܣ ، ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܗ ܕܐܝܟ
ܕܒܛܘܪܐ ܡܫܠܛܢܐܝܬ ܢܥܘܠ ܠܚܘܠܡܢܐ
ܕܐܢܫ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܝܠܝܢ ܕܫܠܝܛ
ܥܠܝܗܘܢ ، ܘܢܥܘܠ ܡܫܝܪܐܝܬ ܒܨܒ̈ܘܬܐ ܐܠܐ ܡܢ
ܒܕܘܟܬܗ ܗܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘ
ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܝܣ ، ܢܟܬܘܒ ܠܗ
ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܗܘ ܐܬܪܐ ܥܠ ܡܕܡ
ܐܬܠܝܬܐ[a] ܕܫܡܥ . ܘܐܢ ܡܬܛܦܝܣ ܠܗ ،
ܐܢ ܕܝܢ ܠܐ . ܢܘܕܥ ܠܩܬܘܠܝܩܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܥܠ
ܐܡܝܪ . ܐܢ ܕܝܢ ܨܒܐ ܗܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܐܬܪܐ ܒܕܘܟܪ̈ܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܠܡܐܬܐ ܡܢܗ
ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܛܝܣ ܗܘ ܕܫܠܝܛ ܥܠܘܗܝ
ܘܢܦܝܣܝܘܗܝ ܠܐܬܪܗ ، ܗܕܐ ܕܝܠܗ ܗܝ ܕܗܘ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ ܕܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ، ܕܢܫܦܪ .
ܠܗܠܝܢ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܪܫ ܡܢܗ ܀

ficilior sit ista res, nec ille eam pacifice solvere queat, scribat Catholicumque admoneat, et liberabitur a contentione. Catholicus autem scribat, et pro sua sapientia ipse jubeat negotiumque absolvat. Episcopo autem metropolitano fas non est imperiose et quasi violenter sese ingerere in negotiis alicujus ex episcopis, quibus praeest, et violenter in res inquirere; sed in loco suo remanens episcopus metropolita scribat ad episcopum illius loci de querela, quam audivit; et si hic obtemperat, recte; sin autem, moneat catholicum, sicut supra dictum est. Si autem episcopus alicujus dioecesis velit in commemorationibus martyrum a metropolitano cui subjicitur exposcere ut veniat in dioecesim suam; hoc ejus est episcopi, quisquis ille sit, ut episcopo suo superiori placeat.

a) Ebed-Jesu : ܐܬܠ̈ܝܬܐ

ANNOTATIONES.

secundum antiquam a Patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum quae ad suam dioecesim pertinent, possessionesque subjectas. Unusquisque enim episcopus habeat suae parochiae potestatem, ut regat juxta reverentiam singulis competentem, et providentiam gerat omnis possessionis, quae sub ejus est potestate, ita ut presbyteros et diaconos ordinet, et singula suo judicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tenetur praeter antistitem metropolitanum, nec metropolitanus sine ceterorum gerat concilio sacerdotum. *

ܘܐܡܬܝ ܕܢܦܩ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܚܕ ܡܢ
ܐܬܪܘܬܐ ܗܠܝܢ ܕܫܠܝܛ ܥܠܝܗܘܢ. ܡܫܠܛ
ܗܘ ܗܘ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܝܣ ܕܢܟܢܫ ܐܢܘܢ
ܠܟܠܗܘܢ ܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ ܐܚܪ̈ܢܐ. ܘܢܩܝܡ[a]
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܗܘ ܕܒܥܝܐ ܒܗ ܗܝ
ܡܕܝܢܬܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܢܩܝܡ ܠܗ.
ܢܫܕܪܝܘܗܝ ܒܐܓܪܬܐ[b] ܠܘܬ ܩܬܘܠܝܩܐ[c].
ܘܢܫܬܡܠܐ ܡܢܗ. ܠܒܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܝܢ
ܠܐ ܫܠܝܛ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܝܣ.
ܥܠ ܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ ܗܠܝܢ ܕܫܥܝܢ ܐܝܕܗ.
ܘܐܦܠܐ ܗܘܐ ܡܫܒܩ ܠܗ. ܕܒܥܠܘܬܐ ܘܒܪܒܘܬ
ܪܥܝܐ. ܢܒܥܐ: ܐܢܘܢ ܚܘܫ̈ܒܢܐ ܕܡܣܒܐ
ܘܕܡܬܠܐ.

ܫܠܡ ܩܢܘ̈ܢܐ ܕܐܬܬܣܝܡ ܡܢ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܕܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ ܦܪ̈ܣܝܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܩܢܘ̈ܢܐ
ܗܠܝܢ ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܪܒܬܐ ܗܝ ܕܢܝܩܝܐ.

Mortuo autem episcopo alicujus ex dioecesibus, quibus praeest metropolita, potestatem ipse metropolita habet ceteros (provinciae) episcopos congregandi, episcopumque constituendi quem voluerit civitas. Postquam autem episcopum constituerit mittat illum cum epistola ad catholicum, a quo perficiendus est. His autem exceptis, nulla episcopo metropolitano auctoritas est in episcopos ipsi subjectos, neque licet ei per avaritiam et gulam inquirere rationes dati et accepti.

Absoluti sunt canones a synodo episcoporum Persarum constituti tanquam ex auctoritate canonum synodi magnae Nicaenae.

a) Ebed-Jesu habet ܢܣܝܡ
b) ܒܐܓܪܬܐ deest ap. Ebed-Jesu.
c) Ebed-Jesu ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܝܣ ܪܒܐ

SUPPLEMENTUM I.

Ex Ebed-Jesu, *Canonum synodalium collectione,* tr. VIII, c. 20.
Ap. Maï, *Scriptorum veterum nova collectione,* Romae, 1838, t. X. pag. 313.

Codex Parisinus non omnes continet canones a Patribus Seleuciensibus conditos, quod patet ex iis quae leguntur ad finem canonis 26 : ܒܬܪ ܐܚܪܢܝܬܐ ܡܢܗܘܢ ܕܣܘܥܪܢܐ *post alia, ex ipsis actis.* Patres igitur Seleucienses, alia decreta condiderunt, quae in codice Parisino desunt. Aliquatenus tamen, ni fallor, suppleri possunt ex collectionibus canonicis Ebed-Jesu et Bar-Hebraei, qui, ut vidimus, plures synodi Seleuciensis canones referunt. Ebed-Jesu refert sequentes canones.

ܩܢܘܢܐ ܕܐܪܒܥܐ ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܕܐܝܣܚܩ.

ܕ̄ ܐܢ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܘ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܐܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܢܫܬܟܚ ܕܠܐ ܗܘܐ ܕܟܝܐ ܒܗܝܡܢܘܬܗ. ܐܠܐ ܐܚܝܕ ܒܪܥܝܢܐ ܕܕܘܓܡܐ ܕܝܠܗܘܢ ܕܗܪܛܝܩܐ ܘܒܕܘܒܪܘܗܝ ܛܘܪܢܐܝܬ ܘܠܐ ܬܪܝܨܐܝܬ ܘܠܒܪ ܡܢ ܢܝܫܐ ܕܩܪܝܢܘܬܗ ܡܬܕܒܪ. ܘܠܘ ܐܝܟ ܕܝܐܐ ܠܚܣܝܘܬ ܐܠܗܐ ܕܠܒܝܫ ܐܣܟܡܗ. ܘܠܢܟܠܐ ܕܣܘܥܪܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܠܒܪܝܐ ܘܠܒܝܬܝܐ. ܢܗܘܐ ܡܬܥܩܪ ܕܝܠܗ ܘܡܬܕܚܐ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܥܕܬܐ

Canon 4. Synodi Isaaci.

Si quis catholicus, aut metropolita aut episcopus deprehendatur in fide sua haudquaquam purus, sed et sententiam teneat dogmaticam haereticorum, et in suis moribus tyrannice, et non recte, ac extra scopum suae vocationis se gerat, non vero sicuti congruit pietati cujus schema induit, et damni exteris ac domesticis causa existat, deponatur, ac repella-

ܕܬܫܡܫܬܗ ܪܒܬܐ ܕܣܘܥܪܢܗܘܢ ܕܗܠܝܢ
ܥܠ ܣܓܝܐܐ ܡܬܦܪܣ ܀

tur a magno sui ministerii gradu, quoniam horum scandalum extenditur ad plurimos[1].

ܩܢܘܢܐ ܕܚܡܫܐ ܕܝܠܗ .

ܐܢ ܐܢܫ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܘ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ
ܐܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܩܠܝܪܝܩܐ
ܦܪܫ ܫܡܐ ܘܚܣܕ ܐܝܟ ܕܒܐܝܣܪܝܠܝܬܐ
ܒܝܘܡܬܗ ܕܡܘܫܐ ܪܒܐ. ܡܬܬܫܝܫ ܕܝܠܗ
ܢܗܘܐ ܘܠܐ ܢܫܡܫ ܒܪܫ ܥܡܐ. ܬܘܩܠܬܐ
ܓܝܪ ܗܘܝܢ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ܠܥܕܬܐ ܀

Canon 5. Ejusdem.

Si quis catholicus, aut metropolita, aut episcopus, aut presbyter, aut clericus, nomen separaverit (profanaverit) et conviciatus fuerit, uti in Israelitica gente diebus magni Moysis, deponatur, neque ministret, in capite populi. Homines enim ejusmodi offendiculum sunt ecclesiae.

ܩܢܘܢܐ ܕܫܬܐ ܕܝܠܗ .

ܐܢ ܐܢܫ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܘ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܝܣ
ܐܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܦܪܝܘܕܘܛܐ ܐܪܟܕܝܩܘܢ
ܠܡܬܒܥܘ ܕܝܢܐ . ܘܟܕ ܡܬܝܗܒ ܠܗ ܕܝܢܐ
ܒܥܠܘܠܐ ܢܗܦܘܟ ܒܡܘܗܒܐ ܐܘ ܒܡܣܒ

Canon 6. Ejusdem.

Si quis catholicus, aut metropolitanus, aut episcopus, aut archidiaconus, aut periodeuta delatam sibi causam judicandam, justamque co-

ANNOTATIONES.

[1]) Hoc canone statuitur episcopum ob haeresim deponendum esse, ne in errorem inducat commissum sibi gregem. Generatim autem canones, a Syris tum orthodoxis tum haereticis recepti, prohibent commercium cum haereticis. Hic adducam de hac re canones S. Rabulae, episcopi Edesseni, utpote qui nuperrime e tenebris eruti nondum sunt latinitate donati : ܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܫܬܘܬܦܝܢ
ܒܢܝ ܥܕܬܐ ܠܗܪܛܝܩܐ ܀ ܠܐ ܒܡܠܬܐ ܘܠܐ ܒܥܒܕܐ ܀
ܠܐ ܢܫܒܩܘܢ ܐܢܫ ܡܢ ܗܪܛܝܩܐ ܕܢܬܒ ܒܕܝܪܐ ܀ ܠܐ
ܢܬܩܪܒ ܠܩܘܪܒܢܐ ܚܕ ܡܢ ܗܪܛܝܩܐ ܀ ܕܐܬܝܢ
ܠܥܕܬܐ ܒܦܠܓܘܬ ܪܥܝܢܗܘܢ ܀ ܟܬܒܐ ܕܗܪܛܝܩܐ
ܒܥܘ ܒܟܠ ܕܘܟ . ܘܐܝܟܐ ܕܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܘ
ܐܝܬܘ ܠܘܬܢ ܐܘ ܐܘܩܕܘ ܒܢܘܪܐ ... ܠܐ ܢܗܘܘܢ
ܡܬܩܒܠܝܢ ܠܗܪܛܝܩܐ . ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܠܐ
ܦܘܪܫܢܐ . ܐܠܐ ܢܬܒܚܪܘܢ ܩܕܡܝܬ . ܘܗܝܕܝܢ ܢܬܩܒܠܘܢ .
» Ne communicent filii ecclesiae cum haereticis nec in verbo nec in opere. Ne sinant quemvis haereticum sedere in monasterio. Non accedat ad sacram communionem aliquis ex haereticis qui veniunt ad ecclesiam cum dubia mente. Scripta haereticorum ubique exquirite, et, si quae inveneritis afferte ea ad nos aut igne comburite. Ne recipiantur haeretici ad baptismum absque distinctione, sed probentur primum et sic recipiantur. » De communicatione orthodoxorum cum haereticis, Judaeis et ethnicis, quod orationem, cibum, eucharistiam et exequias spectat, vide quae diximus in *Dissert. de Syrorum fide et disciplina in re eucharistica*, p. 81-85, 153-163, 196-197, 253-254, Lovanii 1859.

ܫܘܚܕܐ ܡܛܠ ܢܣܒܘܬܐ ܐܘ ܡܛܠ ܪܚܡܘܬܐ. ܐܘ ܡܢ ܚܐܪ ܒܪܒܘܬ ܦܪܨܘܦܐ. ܢܬܟܠܐ ܕܝܢ ܠܡܫܡܫܘ ܕܕܪܓܗ ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܝܐ ܥܒܕܬܗ ܕܫܘܐ ܠܟܠܝܢܐ. ܡܫܪܝܘܬܐ ܕܝܢ ܠܐ ܢܩܒܠ ✤

gnitam declinaverit ob munus, aut acceptionem personarum, propter amicitiam, aut propter metum, aut respiciens magnitudinem personae; arceatur a ministerio gradus sui, prout opus ipsius dignum interdictione videbitur; depositionem tamen non subeat[1].

ܩܢܘܢܐ ܕܫܒܥܐ ܕܝܠܗ.

ܐܢ ܐܢܫ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܡܢܝܢܢ ܕܟܕ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܩܘܫܬܐ ܘܠܟܐܢܘܬܐ ܘܚܙܐ ܗܘܐ ܡܦܪܫܐܝܬ ܠܬܪܝܨܘܬܐ. ܐܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ ܕܓܠܬܐ ܘܟܕܒ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܡܠܐܟܘܗܝ. ܢܫܬܒܩܘܢ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ܡܢ ܕܪ̈ܓܝܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܐܪܝܡܘ ܕܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܩܕܡ ܥܝܢܝܗܘܢ ✤

Canon 7. Ejusdem.

Si quis ex numero eorum, quos recensuimus, quum veritatem ac justitiam cognosceret, et aperte perspiceret aequitatem, testimonium falsum dixerit, ac mentitus fuerit coram Deo et angelis ejus, homines ejusmodi dimittantur e gradibus suis, quia sustulerunt judicium Dei a conspectu oculorum suorum[2].

ܩܢܘܢܐ ܕܬܡܢܝܐ ܕܝܠܗ.

ܐܢ ܐܢܫ ܡܢ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܥܕܡܐ ܠܡܫܡܫܢܐ ܡܬܡܝܕܘܬ ܡ̈ܠܐ ܡܣܪ̈ܩܬܐ ܐܦܩ ܗܘܐ ܘܠܐ ܡ̈ܠܐ ܢܟܦ̈ܬܐ ܘܩܕܝ̈ܫܬܐ ܗܠܝܢ ܕܫܘܝ̈ܢ ܠܒܢܝܢܐ ܕܫ̈ܡܘܥܐ. ܘܐܢ ܐܝܬ ܐܢܫܝܢ ܕܡܬܢܝܢ ܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܕܡܠܬܐ ܡܚܣܢܐ ܡܦܩܝܢ

Si quis ex catholicis et usque ad diaconos, assidue verba turpia protulerit et non potius verba pudica et sancta, quae utilia sunt ad aedificationem auditorum; et si sint aliqui, qui bis proferant verbum, quod

ANNOTATIONES.

[1]) Cf. can. 3.

[2]) In hanc rem praecipit Rabulas ap. Overbeck, l. c. p. 217 : ܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܒܣܪܝܢ ܫܡܗ ܕܐܠܗܐ ܘܡܝܡܝܢ ܩܫܝ̈ܫܐ ܐܘ ܡܫܡ̈ܫܢܐ : ܘܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ ܘܒܢܬ ܩܝܡܐ. ܠܐ ܥܠ ܕܓܠܬܐ. ܘܠܐ ܥܠ ܫܪܪܐ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ✤ „Ne profanent nomen Dei nec jurent presbyteri, diaconi, filii et filiae foederis, neque super mendacium neque super veritatem, sed sicut scriptum est."

ܡܢ ܟܗ̈ܢܐ ܢܬܟܘܢܘܢ ܒܟܐܪܬܐ. ܘܐܢ ܠܐ ܦܣܩܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܢܬܟܠܘܢ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܕܪ̈ܓܝܗܘܢ ܥܕܡܐ ܕܢܬܬܘܒܘܢ ܘܢܦܣܩܘܢ ܥܠ ܢܦܫܗܘܢ ܒܟܬܒܬܐ ܕܐܢ ܗܦܟܝܢ ܥܠ ܥܝܕܐ ܗܢܐ ܢܬܚܝܒܘܢ ܀

prohibuit Apostolus coelestis, a sacerdotibus admoneantur cum increpatione : quod si ab his non desistant, repellantur a ministerio graduum suorum quoad resipiscant, et scripto se obligent, quod scilicet si ad consuetudinem hanc redierint, damnationi subjacebunt.

ܩܢܘܢܐ ܬܫܝܥܝܐ.

ܐܢ ܐܢܫ ܡܢ ܗܠܝܢ ܛܟ̈ܣܐ ܕܡܬܡܢܝܢ ܢܫܬܟܚ ܕܐܫܬܝܗܝ ܪܘܝܐ ܐܘ ܡܫܬܐ ܚܡܪܐ ܐܘ ܢܬܦܣܩ ܡܢ ܣܘ̈ܥܪܢܐ ܕܚܝܒ ܐܘ ܢܬܟܠܐ ܡܢ ܗܘ ܕܠܡܫܡܫܘ ܒܪܫ ܥܡܐ. ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܒܫܠܝܚܐ ܐܠܗܝܐ. ܕܪ̈ܘܝܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܝܪܬܝܢ ܀

Canon 9[1].

Si quis ex ordinibus recensitis inventus fuerit ebrius aut temulentus, vel cesset ab actibus quibus est obnoxius, vel interdicatur ei ministerium exhibere in capite populi. Scriptum est enim ab Apostolo divino : *ebrii regnum Dei non possidebunt*[2].

ANNOTATIONES.

[1]) Huic canoni non praefigitur vox *ejusdem*. Videtur tamen ad Isaacum etiam pertinere.

[2]) Rabulas temperantiam, sobrietatem, jejunium, abstinentiam a carne et vino sacerdotibus et clericis commendat hisce verbis : ܗܘܘ ܐܚܝܕܝܢ ܒܨܘܡܐ ܘܡܬܛܦܝܢ ܒܨܠܘܬܐ. ܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܥܕܬܐ. ܢܬܟܠܘܢ ܡܢ ܚܡܪܐ ܘܡܢ ܒܣܪܐ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ: ܘܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ ܘܒ̈ܢܬ ܩܝܡܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܐܢܫ ܒܦܓܪܗ ܟܪܝܗ. ܠܡܫܘܚܬܐ ܢܬܚܫܚ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܘܗܢܘܢ ܕܪܘܝܢ ܐܘ ܕܥܐܠܝܢ ܠܒܝ̈ܬ ܩܦܝܠܐ. ܢܬܪܚܩܘܢ ܡܢ ܥܕܬܐ. « Estote perseverantes in jejunio et orationi vacantes omnes filii ecclesiae. — Abstineant a vino et carne presbyteri, diaconi, filii et filiae foederis. Si quis autem corpore debilis est, modico utatur, ut scriptum est. Qui autem ebriosi sunt aut in cauponas eunt, rejiciantur ab ecclesia. » Ap. Overbeck, *lib. saepius cit.*, p. 216, 217, 218.

Joannes, Nestorianorum catholicus, clericis prohibet ingressum tabernarum : ܫܡܥܢܢ ܕܝܢ ܕܐܢܫ̈ܝܢ ܡܢ ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܐܡܝܢܝܢ ܡܢ ܥܠܠܐ ܕܐܪ̈ܥܐ ܠܒܝ̈ܬ ܩܦܝܠܐ. ܗܘ ܕܡܟܠܢܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܘܡܬܚܝܒܝܢ ܠܡܬܒܥܘ ܕܢܝܚܐ ܘܐܘܪܗܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܬܦܠܓܝܢ ܠܥܢܝ̈ܢܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܐܣܪܢܐ ܓܝܪ ܠܗܠܝܢ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܡܫܡܫܢܐ ܡܬܚܫܚܢܐ ܡܫܡܫܢ ܥܘܒܕܐ ܕܗܠܝܢ ܡܬܚܝܒ ܕܡܬܚܫܚܝܢ ܠܥܕܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܐܝܟ ܠܐ ܡܬܚܫܚܢܐ. ܟܠ ܡܢܗܘܢ ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܪܘܝܐ. ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܠܐ ܡܫܡܫܢܝܢ ܠܗܝܟܠܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܫܡܫܢܐ ܐܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܫܡܫܝܢ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܐ ܡܫܡܫܝܢ ܘܐܬܡܠܝܘ. ܘܠܐ ܢܬܟܠܘܢ ܡܢ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܐܝܟ ܕܝܢ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܦ ܐܘ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܐܬܬ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܫܡܫܢܐ ܠܗܘܢ

ܡܢ ܩܢܘܢܐ ܕܐܝܣܚܩ.

ܥܠ ܐܝܩܪܐ ܕܝܐܐ ܘܡܬܒܥܐ ܠܩܬܘܠܝܩܐ ܕܝܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܣܠܝܩ. ܩܕܡ ܗܘܡܐܬܗ ܡܢ ܟܠܢ ܘܙܕܩܝܢ ܕܚܢܢ ܪ̈ܫܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܟܠܗܘܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ ܘܟܠܗܘܢ ܡܗܝܡܢ̈ܐ ܕܒܗܘܢ ܠܩܬܘܠܝܩܐ ܪܒܐ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܥܕܡܐ ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܫܬܥܒܕ ܠܗ ܒܟܠܗܝܢ ܕܝܐ̈ܝܢ ܘܦܩܝܕܢ. ܗܢܘ ܕܝܢ ܠܟܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܗܢܐ ܪܒܐ ܕܟܘܟܐ ܕܥܕܬܐ ܢܬܒ ✤

Ex canonibus Isaaci[1].

De honore qui convenit, ac debetur catholico sedenti super thronum Seleuciae. Placuit omnibus nobis unanimiter, ut nos regionum universarum Orientis praesules, et omnes christiani qui in eis constituti sunt, catholico magno metropolitae Seleuciae et Ctesiphontis usque ad Christi adventum subjaceamus in omnibus, quae conveniunt, praeceptaque sunt : nimirum cuilibet episcopo patriarchae, qui super hanc magnam Cochensis Ecclesiae sedem sedebit.

ANNOTATIONES.

ܠܡܬܐܟܠ ܠܡܫܬܐ ܕܦܪܝܫܐ ܠܗܘܢ ܟܠܗܕܐ. • Audivimus nonnullos clericos esse qui neglexerunt ordinem qui convenit ministerio corum, continentia pleno reprobatque intemperantiam et luxuriam, et mane manducant et bibunt in antecessum; alios autem in cauponam ingredi aut in tabernam aut in diversoria publica eorum qui cibaria ac potabilia ibi luxuriose edenda ac bibenda vendunt; et recumbere in scalis inordinate. De his ergo definivimus in verbo Dei, quod non possint mane comedere ac bibere presbyteri, diaconi, ac filii foederis, sed debeant abstinentiam servare usque ad quartam diei horam; iisque interdiximus ne ingrediantur in diversoria publica, neque in officinas. Illi autem, qui in viis sunt, aut in labore terrae et marium cursu potestatem habeant comedendi, prout necessitas eos compulerit. • Ap. Ebed-Jesu, *Collect. can.*, tr. VI, c. 6, can. 5.

[1]) Ex Ebed-Jesu, *op. cit.*, tr. IX. c. 5. In versione arabica ap. Asseman., *Bibl. Orient.*, t. II, p. 307, canon iste ita se habet : • Nos cuncti Orientis episcopi, successoresque nostri, obedientes erimus catholico, metropolitae magno sedenti in urbe Seleucia, ejusque praeceptis obtemperabimus usque ad Christi adventum. •

SUPPLEMENTUM II.

Ex Bar-Hebraei *Nomocanone* ap. Maï *Scriptorum veterum nova collect.*, Romae 1838, t. X, p. 21, 30, 37, 56; et ap. J. S. Assemanum, *Dissertatio de Monophysitis*, Romae 1730, p. 127, 135, 137-140.

Textum syriacum desumpsi ex *Dissertatione de Monophysitis*, quam secundis curis perpolitam edidit J. S. Assemanus, Romae 1730, postquam eadem dissertatio jam prodierat in *Bibliotheca Orientali* ejusdem auctoris. J. S. Assemanus non recitat omnes canones in *Nomocanone* Bar-Hebraei contentos, idcirco deficit textus syriacus pro pluribus canonibus.

Textum autem latinum subministravit Card. Maï qui in sua *Nova collectione scriptorum veterum* latine edidit integrum Bar-Hebraei *Nomocanonem*. Porro ista versio latine e syriaco facta fuerat ab Al. Assemano, sed inedita jacebat. Eam publici juris fecit Maï. Vix monendum est Bar-Hebraeum canones illos pro more suo abbreviando referre, nequaquam autem singula verba recitare quibus canones lati fuerunt. Quum autem synodus Seleuciensis ab episcopis Persidis habita fuerit, Bar-Hebraeus illos canones sub nomine *Persarum* continuo refert.

ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܕܠܐ ܓܡܪ ܨܠܘܬܐ ܕܠܠܝܐ ܠܐ ܫܠܝܛ ܕܢܥܘܠ ܠܡܕܒܚܐ: ܐܠܐ ܒܬܪܥܐ ܢܬܩܪܒ. *Dissert. de Monophysitis*, p. 127.

1. Non licet presbytero aut diacono, qui orationem noctis non persolvit, intrare ad altare, sed in porta communicet.

2. Non licet presbytero saeculari offerre absque diacono.

3. Presbytero aut diacono non licet intrare ad altare, cum discincti sunt, nec nisi cum calceis mundis : et, si calcei proprii fiant altaris, convenientius est. Antequam homo sumat oblationem, non licet ei colloqui cum ethnico aut judaeo.

4. Illi, qui scandalizati sunt invicem, non communicent antequam reconcilientur.

5. Altare, in quo mansit oblatio, sine lumine non relinquatur per totam noctem. *Nomoc.*, cap. IV, sect. 2.

6. Fidelis, qui degit in regionibus barbarorum, et nescit initium jejunii magni, incipiat a die 20 februarii et absolvat die 20 aprilis, addendo scilicet decem dies; et postea oret, atque die dominica quae proximior est huic spatio, sive antecedat, sive subsequatur ipsum, solvat jejunium, et festum agat, etiamsi non sumat oblationem. *Nomoc.*, cap. V, sect. 2.

7. Fideles ne condant defunctos suos cum suppellectile pretiosa, vivos enim damnificat et mortuis non prodest.

8. Episcoporum, sacerdotum et monachorum decedentium facies ac manus et pedes dumtaxat laventur.

9. Saecularium autem totum corpus; viri viros lavent, et feminas

ܟܠ ܕܝܪܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܐܘ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܩܒܝܪ ܒܗ: ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܐ ܢܫܬܠܛܘܢ.
ܐܠܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܡܥܪܒܐ ܘܩܬܘܠܝܩܐ
ܒܡܕܢܚܐ. *Ibid.*, p. 134.

ܕܝܪܐ ܕܠܐ ܩܐܡ ܒܠܠܝܐ ܒܬܫܡܫܬܐ.

feminae abluant. *Nomoc.*, cap. VI, sect. 1[1].

10. In coenobiis, in quibus patriarcha aut catholicus sepulti sunt, potestatem non habeant episcopi, sed patriarcha in Occidente et catholicus in Oriente.

11. Praefectus monasterio, cum fratres probaverit, unumquemque ei monasterio praeficiat, cui aptus fuerit[2].

12. Magister domus ne gulosus fiat in cibo, aut potu; et fratres qui magis laborant, magis honoret.

13. Ostiarius quietus et humilis sit, non vero severus; neque recipiat depositum cujusquam[3].

14. Visitator monasterii ne sibi ipsi possideat amplius eo, quod a praefecto monasterii eidem separatur : et refraenet sensus suos inter saeculares.

15. Monachus, qui peccat, corripiatur, et ad alteram usque vicem dimittatur ei, et tertia vice expellatur.

16. Monachus qui officio nocturno

ANNOTATIONES.

[1]) Cf. quae dicta sunt de sepulturis in *Dissert. de syror. fid.*, p. 198, sqq., et Rabul., *De Monac.*, 22.

[2]) De monachis agit Rabulas ap. Overbeck, loc. cit.; Bar-Hebraeus, *Nomoc.*, cap. 1; Ebed-Jesu, *Collectio canon.*, tract. VII.

[3]) Praecipit Rabulas ne monachi aliquid proprium sibi possideant, *De Monach.*, 11.

ܠܐ ܢܬܒ ܥܡ ܐܚܐ ܥܠ ܦܬܘܪܐ. *Dissert. de Monophys.*, p. 139.

ܐܚܐ ܥܠ ܡܙܪ̈ܥܬܐ ܘܦܪ̈ܣܬܐ ܢܕܡܟܘܢ ܘܪܝܫ ܕܝܪܐ ܘܡܚܝ̈ܠܐ ܥܠ ܥܪ̈ܣܬܐ: ܟܕ ܠܐ ܫܪܝܢ ܚܨܝܗܘܢ ܐܦܠܐ ܡܫܠܚܝܢ. *Ibid.*, p. 140.

ܕܝܪܝܐ ܕܡܫܡܫ ܟܗܢܘܬܐ ܒܥܕܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܐܘ ܕܩܘܪܝܬܐ: ܡܐܢ̈ܐ ܚܘ̈ܪܐ ܢܠܒܫ ܒܥܠܡܐ ܡܢ ܐܣܟܡܐ. *Ibid.*, p. 137.

ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܕܨܒܐ ܠܡܬܠܒܫܘ: ܩܕܡܝܐ ܒܩܢܟܠܐ ܢܫܡܫ ܚܕܐ ܫܢܬܐ ܘܒܬܪܟܢ ܢܬܠܒܫ. ܘܐܢ ܐܚܐ ܗܘ: ܒܬܫܡܫܬܐ ܐܚܪܬܐ ܢܬܩܝܡ ܒܝܕ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܫܢܬܐ ܚܕܐ ܩܕܡ ܕܢܬܠܒܫ. *Ibid.*, p. 135.

ܕܝܪܝܐ ܟܕ ܢܦܩ ܡܢ ܦܘܠܚܢܐ ܕܐܝܕܝܐ ܢܬܥܢܐ: ܒܩܪܝܢܐ ܕܟܬ̈ܒܐ ܐܠܗܝ̈ܐ. *Ibid.*, p. 140.

ܒܠܠܝ̈ܐ ܕܚܕܒܫܒ̈ܐ ܐܢ ܡܫܟܚܐ ܠܡܗܘܐ ܐܚܐ ܒܬܫܡܫܬܐ. ܟܕ ܢܥܣܩܘܢ ܐܚܐ: ܢܬܩܪܐ ܦܘܫܩܐ: ܕܥܡ ܦܓܪܐ ܐܦ ܢܦܫܐ ܬܬܬܪܣܐ. *Ibid.*, p. 139.

ܐܚܐ ܕܠܐ ܦܘܩܕܢ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܠܐ ܢܦܩܘܢ ܠܒܪ ܡܢ ܕܝܪܐ. *Ibid.*, p. 138.

minime interfuerit, ne sedeat cum fratribus ad mensam.

17. Fratres super storeis stratisque cubent : et praefectus monasterii et infirmi in lectulis, quin tamen lumbos solvant, aut vestes exuant.

18. Monachus, qui sacerdotio fungitur in ecclesia civitatis, aut pagi, vestimenta alba induat super schema ne contemnatur monachatus in saeculo.

19. Presbyter, aut diaconus, qui vult indui, annum unum in cancellis antea ministret, et deinde induatur : et si frater est (id est laicus), in alio ministerio a praefecto coenobii constituatur per annum, antequam induatur.

20. Monachus, quum ab opere manuum cessaverit, divinis libris vacet.

21. Noctes dominicarum, si fieri potest, in officio fratres transigant a vespere. Cum fratres vescuntur, commentarius legatur, ut una cum corpore anima nutriatur.

22. Fratres absque jussu praefecti coenobio ne exeant e monasterio : ante exactum autem triennium post vestitionem, neque si jusserit prae-

fectus monasterii, licet eis exire[1].

23. Monachus directioni animae suae solum impendat curam: praefectus autem monasterii et director, tum sui, tum fratrum curam gerant.

ܕܝܪܝܐ ܟܡܐ ܕܒܬܫܡܫܬܐ ܗܘ ܕܗܘܐ. ܠܐ ܫܠܝܛ ܕܢܥܒܘܕ ܡܕܡ ܠܢܦܫܗ. *Dissert. de Monophys.*, p. 140.

24. Donec monachus in ministerio communitatis erit, nihil pro se ipso poterit operari.

ܕܝܪܝܐ ܒܩܠܝܬܐ ܕܕܝܪܝܐ ܚܒܪܗ ܠܐ ܢܕܡܟ. ܘܥܠܡܝܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ: ܒܕܝܪܐ ܢܕܡܟܘܢ. *Ibid.*, p. 138.

25. Monachus in cella sodalis sui monachi ne dormiat. Saeculares autem, qui monasterium adeunt, in aedibus communibus dormiant.

26. Monachus ex haereditate consanguinei sui saecularis non consequitur quidquam, nisi aliquid ipsi legatum sit[2].

27. Abbas ne saecularem cito tondeat, sed post annum probationis.

28. Praefectus monasterii, qui recte gubernat, ne mutetur.

ܕܝܪܝܐ ܕܚܕ ܒܠܚܘܕ ܡܙܡܘܪܐ ܝܕܥ: ܠܗ ܗܘ ܠܗ ܒܟܠܗܘܢ ܨܠܘܬܐ ܢܬܢܐ. *Ibid.*, p. 139.

29. Monachus qui unum dumtaxat psalmum novit, eumdem in omnibus precibus repetat.

ANNOTATIONES.

[1]) Cf. Rabulas, can. 4, *Monit. ad monach.*, 13, 14.

[2]) Nihil possidet proprium, Rabul., *De Monach.*, 11.

ܕܝܪܝܐ ܕܐܟܠ ܒܣܪܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܓܪ ܢܬܕܝܢ . *Dissert. de Monophysit.*, p. 135.

30. Monachus qui carnem comedit, veluti moechus judicetur[1].

ܕܝܪܝܐ ܕܨܒܐ ܠܡܨܠܝܘ ܒܩܠܝܬܗ : ܒܝܘܡܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܒܠܚܘܕ ܢܬܦܣ ܠܗ ܗܕܐ : ܘܠܐ ܒܥܐܕܐ ܘܒܚܕܒܫܒܐ . *Ibid.*, p. 139.

31. Monachus qui in cella sua orare voluerit, in ferialibus diebus dumtaxat id ei permittatur, non in festis et dominicis.

ܕܝܪܝܐ ܕܡܛܠ ܡܠܦܢܘܬܐ ܥܐܠ ܠܡܕܝܢܬܐ : ܒܥܕܬܐ ܢܥܡܪ ܘܠܐ ܢܒܛܠ ܡܢ ܨܘܡܐ ܘܨܠܘܬܐ . ܘܐܢ ܡܣܟܢ : ܐܘܡܢܘܬܐ ܠܐ ܡܒܣܪܬܐ ܢܥܒܕ . *Ibid.*, p. 138.

32. Monachus qui studiorum causa civitatem adit, in ecclesia habitet, nec a jejunio aut oratione cesset : quod si pauper sit, artem decentem exerceat.

ܕܝܪܝܐ ܠܕܝܪܐ ܕܐܚܘܬܐ ܟܠ ܟܠܗ ܠܐ ܢܥܘܠ. *Ibid.*, p. 137.

33. Monachus monasterium sororum ne ingrediatur[3] omnino. *Nomocan.*, cap. VII, sect. 10.

ANNOTATIONES.

[1]) Cf. Rab. ad. *Monach.*, 4, 5. Prohibet Rabulas immodicum usum vini, prohibet etiam ne monachi capillos nutriant.

[3]) Prohibet Rabulas ne monachi sinant mulieres ingredi in monasteria eorum. Cf. Rabulam, can. 1; *Monita ad monachos*, 1, et *Mon. ad sac.*, 14.

APPENDIX III.

De Filiis Filiabusque foederis (ܒ̈ܢܝ ܘܒ̈ܢܬ ܩܝܡܐ) ·

In canonibus 5, 11 et 22 sermo fit de *Filiis foederis* (ܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ). Intricata autem quaestio est quaenam personae in monumentis syriacis *Filii* aut *Filiae foederis* appellantur. Quum nullibi hucusque hanc quaestionem sufficienter enucleatam invenerim, non inutile visum est fusius de hac appellatione disputare.

I. ܒܪܬ ܩܝܡܐ *Filia foederis* designat : 1° *Monialem* proprie dictam. Sic apud Ebed-Jesu[1] : „ Monachus (ܕܝܪܝܐ) aut *sanctimonialis* (ܒܪܬ ܩܝܡܐ), si a proprio instituto exciderint et ad conjugium ob fragilitatem venerint absque episcopi jussu nullatenus desponsentur. „ Et infra : „ Si vir fieri velit *monachus* (ܕܝܪܝܐ) et illa *sanctimonialis* (ܒܪܬ ܩܝܡܐ), etc. „ Et paulo post : „ Si quis corrumpat *sanctimonialem* (ܒܪܬ ܩܝܡܐ)... ambo alienentur ab ecclesia; *sanctimonialis* (ܒܪܬ ܩܝܡܐ) quia fornicata est quum Domino nostro desponsata esset et ipse quia corrupit sponsam Domini. „ Pariter ܒܪܬ ܩܝܡܐ *Filia foederis* de *moniali* dicitur in ritu tonsurae monialium[2].

2° *Virginem Deo sacram*, id est, puellam, quae in saeculo remanens virginitatem suam stabili foedere seu voto Deo obstrinxit. Hoc sensu sumitur ea vox in *Epistolis S. Clementis ad Virgines*[3] et saepius in *Actis Martyrum orientalium*[4].

ANNOTATIONES.

[1]) Ebed-Jesu, *Collect. canon.*, tr. II, cap. 10, 11 et 12.

[2]) Apud Assemanum, *Biblioth. orient.*, t. III, part. II, p. 910. Cf. *ibid.*, p. 851 852.

[3]) Cf. Beelen, *S. Clementis Epist.* 2a *ad Virg.*, cap. 1. Lovan. 1856.

[4]) Cf. St. E. Assemani *Acta Martyrum orientt.*, part. I, p. 42.

3° *Virgines alicui officio Ecclesiae addictas*, quales erant diaconissae, quales etiam erant virgines illae, quas S. Ephraemus ad canendos in ecclesia hymnos instituerat[1].

Sensus appellationis ܒܪ ܩܝܡܐ his verbis elucidatur a J. S. Assemano[2] : „ Sanctae illae quae temporibus Saporis, Persarum regis, circa medium saeculi quarti martyrio coronatae sunt, quaeque in *Actis Martyrum orientalium* ܒ̈ܢܬ ܩܝܡܐ *Filiae foederis*, hoc est, virgines Deo sacrae, dicuntur, ut Thecla, Varda, Danaca, Tatona, Mamma, Mazachia,... non in monialium numero ponendae sunt, sed in earum quae virginitatem professae erant, vel diaconatus munere in ecclesia fungebantur... Nam *Syri eos qui ad munus aliquod ecclesiasticum obeundum constituti sunt, si mares sint appellant* ܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ *Bnai Kiama, si feminae,* ܒ̈ܢܬ ܩܝܡܐ *Bnot Kiama, hoc est, Filios Filiasve foederis*. De primis loquitur antiqua syriaca versio canonis Laodicaeni 15 · „ Quod non licet aliis in ecclesia canere, nisi cantoribus *Bnai Kiama* qui ambonem conscendunt. „

II. De *Filiis foederis* (ܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ) quaritur an inter clericos vel inter monachos sint recensendi?

Al. Assemanus in translatione latina *Collectionis canonum* Ebed-Jesu ܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ nunc *monachos* vel *religiosos* vertit[3], nunc autem, servata locutione syriaca *filios foederis*[4], nullibi vero *clericos*.

At *Filii foederis*, quamvis monasteriis aeque ac ecclesiis deputarentur, tamen a ܕܝܪ̈ܝܐ seu monachis proprie dictis distinguebantur. Erant autem *clerici inferiores*, seu tales qui ad munus aliquod ecclesiasticum obeundum, puta cantoratum, lectoratum, subdiaconatum, speciali benedictione seu ordinatione constituebantur. Erant quidem ex Filiis foederis nonnulli qui in monasteriis commorabantur et sic vitam monasticam profitebantur sed alii remanebant in saeculo, cum presbyteris et diaconis in ecclesiis habitantes, vel privatim. Hanc nostram sententiam plurimis documentis confirmare possumus.

Filii foederis clerici intelligendi sunt in his canonibus quos refert Ebed-Jesu[5] : ܢܦܩܘܢ ܒܢ̈ܝܢ ܠܪ̈ܘܫܐ ܕܩܘܕܫܐ

ANNOTATIONES.

[1]) Cf. Assemani *Biblioth. orient.*, t. II, p. 539; t. III, part. II, p. 888.

[2]) *Biblioth. orient.*, t. III, part. II, p. 888.

[3]) Ebed-Jesu, *Collect. can.*, tr. II, 27 ; III, 13.

[4]) *Ibid.*, tract. VI, cap. 6, can. 3, 5, 17 ; cap. 7, can. 2 ; tract. VII, 5.

[5]) *Ibid.*, tract. VI, 6, can. 3 et 5.

ܘܦܩܕ. ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܐܘ ܢܡܠܠ ܡܢ ܩܪܝܢܐ ܐܘ ܡܢ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܘ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ ܐܚܪܢ ܕܬܫܡܫܬܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܕܢܩܪܐ ܩܪܝܢܐ ܒܐܪܙܐ ܩܕܝܫܐ ܐܘ ܢܙܡܪ ܙܡܝܪܐ ܐܘ ܢܥܢܐ ܥܢܝܢܐ ܐܘ ܢܐܡܪ ܡܕܡ ܡܢ ܝܩܝܪܬܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܒܬܪ ܕܡܐܟܘܠܬܐ ܦܓܪܢܝܬܐ ܘܠܐ ܢܛܪ ܨܘܡܐ ܩܕܝܫܐ .

„ Placuit Spiritui Sancto et praecepit, ut nemo ex presbyteris, diaconis et *Filiis foederis*, templi ministerio addictis, possit legere lectiones in sacris ministeriis sanctis, aut psallere psalmum, aut canere canticum, aut quidpiam recitare ex pretiosis ministerii mysteriorum postquam escam corporalem acceperit, neque jejunium servaverit sanctum. „

ܫܡܥܢܢ ܥܠ ܐܢ̈ܫܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܡܢ ܩܠܝܪ̈ܝܩܐ ܐܝܟܢܐ ܡܢ . ܛܟܣܐ ܕܙܕܩ ܠܬܫܡܫܬܗܘܢ ܗܘ ܕܙܕܩܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ . ܥܠ ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ ܫܪܪܢ ܒܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ . ܕܩܫ̈ܝܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܘܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ ܠܐ ܢܫܟܚܘܢ ܒܨܦܪܐ ܠܡܐܟܠ ܘܠܡܫܬܐ. ܐܠܐ ܢܗܘܘܢ ܢܛܪܝܢ ܨܘܡܐ ܥܕܡܐ ܠܐܪܒܥ ܫ̈ܥܝܢ ܕܐܝܡܡܐ . „ Audivimus nonnullos *clericos* esse, qui neglexerunt ordinem convenientem ministerio eorum... De his ergo definivimus in verbo Dei quod non possint mane comedere ac bibere presbyteri, diaconi ac *Filii foederis*, sed debeant abstinentiam servare usque ad quartam diei horam. „

Ex his apparet *Filios foederis* inferiores clericos esse, puta subdiaconos, lectores, cantores, uno verbo, omnes cuipiam officio ecclesiastico addictos. Hoc eo certius est quod Ebed-Jesu refert canones mox recitatos inter canones, qui „ presbyteris, diaconis et universae *clericorum* communitati impositi sunt. „

Eodem sensu Rabulas, qui ecclesiam Edessenam, incunte saeculo v, regebat, hanc vocem usurpat in canonibus quos vulgavit Overbeck in opere saepius laudato. Etenim post *monita de monachis* (ܕܝܪ̈ܝܐ) occurrunt *monita ad sacerdotes et Filios foederis* (ܠܟܘܡܪ̈ܐ ܘܒ̈ܢܝ ܩܝܡܐ) ·

In his autem *monitis* statuit Rabulas[1] : ܠܐ ܐܢܫ ܡܢ ܦܪܝܘܕܘܛܐ ܐܘ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ. ܐܘ ܡܢ ܒܢܝ ܩܝܡܐ ܢܥܡܪ ܥܡ ܢܫܐ . ܐܠܐ ܐܢ ܥܡ ܐܡܗ . ܐܘ ܚܬܗ ܐܘ ܥܡ ܒܪܬܗ . ܘܠܐ ܠܗܠܝܢ ܐܢܫܐ ܠܥܡܪ ܡܠܘܐܝܢ : ܕܗܢܘܢ ܐܚܝܢ ܕܐܚܝܢ . „ Nemo ex periodeutis, presbyteris, diaconis et *filiis foederis* habitet cum mulieribus, nisi cum matre, sorore aut filia. „ Enumerat autem Rabulas in singulis fere monitis presbyteros, diaconos et *filios foederis*, quos omnes inter personas ecclesiasticas recenset. Unde patet ipsum sub appellatione *filiorum foederis* compre-

ANNOTATIONES.

[1]) Ap. Overbeck, *Ephraemi, Rabulae aliorumque opera selecta*. Oxonii, 1865, p. 215.

hendisse omnes clericos diaconis inferiores. Synodus autem Seleuciensis distinguit subdiaconos a *filiis foederis*. Ipsa igitur hoc nomine designaverit clericos subdiaconis inferiores.

Juvat in hanc rem afferre canonem Nicaenum arabicum 59 quem his verbis refert Ebed-Jesu[1] : ܗܳܕܶܐ ܨܒܺܝܢܳܐ ܠܣܽܘܢܗܳܕܽܘܣ ܬܶܐܒܶܝܠܺܝܩܳܝܳܐ ܕܶܐܡܰܬܝ ܕܢܳܦܶܩ ܡܶܢ ܐܦܺܝܣܩܽܘܦܳܐ. ܘܡܰܥܒܰܪ ܒܟܽܠܳܗ ܡܕܺܝܢܬܳܐ ܠܡܶܣܥܰܪ. ܢܶܚܙܶܐ ܗܳܟܺܝܠ ܐܶܢ ܐܺܝܬܰܝܗܽܘܢ ܕܚܰܣܺܝܪ̈ܳܢ ܥܺܕ̈ܳܬܳܐ ܘܕܰܝ̈ܪܳܬܳܐ ܡܶܢ ܡܫܰܡܫܳܢܽܘܬܳܐ. ܢܩܰܪܶܐ ܗܳܟܺܝܠ ܠܣܳܒ̈ܶܐ ܕܡܕܺܝܢ̈ܳܬܳܐ ܘܢܡܰܠܶܠ ܥܡܗܽܘܢ ܘܢܰܠܶܦ ܘܢܶܙܗܰܪ ܠܗܽܘܢ ܘܢܒܥܶܐ ܐܰܝܢܳܐ ܡܶܢܗܽܘܢ. ܕܐܺܝܬ ܠܶܗ ܒܢܰܝ̈ܳܐ ܘܒܢ̈ܳܬܳܐ. ܢܦܰܪܶܫ ܟܽܘܪܐܦܺܝܣܩܽܘܦܳܐ ܘܢܩܰܪܶܒ. ܡܶܢ ܒܢܰܝ̈ܗܽܘܢ ܘܢܶܪܫܽܘܡ ܐܶܢܽܘܢ ܒܨܠܽܘܬܳܐ. ܘܢܶܣܺܝܡ ܐܺܝܕܶܗ ܥܠܰܝܗܽܘܢ ܘܢܒܰܪܶܟ ܐܶܢܽܘܢ. ܘܢܶܗܘܽܘܢ ܒܢܰܝ̈ ܩܝܳܡܳܐ ܘܢܶܬܬܩܺܝܡܽܘܢ ܘܢܶܬܝܰܗܒܽܘܢ ܠܥܺܕ̈ܳܬܳܐ ܘܠܕܰܝ̈ܪܳܬܳܐ. ܘܢܶܬܩܪܽܘܢ ܒܫܡܗܽܘܢ ܕܡܫܰܡܫܳܢܽܘܬܳܐ ܘܡܫܰܡܫܳܢ̈ܶܐ ܢܶܬܦܪܣܽܘܢ ܘܢܶܗܘܽܘܢ ܥܺܕ̈ܳܬܳܐ. ܘܟܽܠ ܐܰܝܟ ܚܰܝܠܗܽܘܢ ܢܫܰܡܫܽܘܢ ܒܥܺܕ̈ܳܬܳܐ ܘܕܰܝ̈ܪܳܬܳܐ. „ Placuit synodo oecumenicae ut quoties egreditur episcopus et per totam transit ditionem ad visitandum, videat an ecclesiae et monasteria *clericis* careant ; vocet senes oppidorum eosque alloquatur, doceat, admoneatque eos, et obsecret chorepiscopus unumquemque eorum, qui habeat filios et filias et *separet ex filiis eorum et oratione obsignet manumque iis imponat eisque benedicat, et fiant filii foederis et instituantur et tradantur ecclesiis et monasteriis.* „ Ex toto hujusce canonis contextu colligitur eos, qui hic appellantur *filii fœderis*, pueros seu adolescentes fuisse, qui speciali ordinatione in clerum coaptabantur et ad ecclesias et monasteria mittebantur ut sive in ecclesiis sive in monasteriis aliquo munere ecclesiastico fungerentur.

Isti porro *filii foederis* vel *clerici*, plerique saltem, continentiae lege tenebantur. Alioquin frustra Rabulas can. 2 praecepisset[2] : ܠܐ ܐܢܫ ܡܢ ܦܪܝܘܕܘܛܐ ܐܘ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ . ܐܘ ܡܢ ܒܢܝ ܩܝܡܐ ܢܥܡܪ ܥܡ ܢܫܐ . ܐܠܐ ܐܢ ܥܡ ܐܡܗ . ܐܘ ܚܬܗ ܐܘ ܥܡ ܒܪܬܗ . ܘܠܐ ܢܥܒܕܘܢ ܐܢܫ ܠܥܒܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ; ܗܢܘܢ ܐܡܝܢܝܢ ܙܗܝܪܝܢ . „ Nemo ex periodeutis, presbyteris, diaconis et *filiis foederis* habitet cum mulieribus nisi cum matre, sorore aut filia. „

Alii tamen matrimonii vinculo tenebantur, ut patet ex ejusdem canone 10[3]: ܠܐ ܢܪܦܘܢ ܠܒܢܝ ܩܝܡܐ ܐܘ ܠܒܢܬ ܩܝܡܐ: ܥܡ ܒܢܝܗܘܢ ܕܢܥܡܪܘܢ ܥܡ ܥܠܡܝܐ . ܐܠܐ ܥܡ ܐܢܫܝܗܘܢ ܘܥܡ ܐܚܝܗܘܢ ܐܘ ܥܡ ܚܡܪܐ . „ Ne permittant *filiis* et

ANNOTATIONES.

[1]) Ebed-Jesu, *Collect. canon. synod.*, tract. VI, cap. 7, can. 2. Cf. *Concil. Nicaen. can. arab.*, ex versione Ecchell. in Labbe, *Collect. concil.*, t. II, p. 341,

[2]) Ap. Overbeck, *lib. cit.*, p. 215.

[3]) *Ibid.*, p. 216.

filiabus foederis sacerdotes eorum ut habitent cum saecularibus, praeterquam cum uxoribus suis aut cum invicem. "

Filii et filiae foederis habitabant vel in ecclesiis, vel in monasteriis vel etiam in saeculo. Hoc patet ex Rabulae canone 27[1] : ܒܢܝ ܩܝܡܐ ܐܘ ܒܢܬ ܩܝܡܐ ܐܝܠܝܢ ܕܢܦܠܝܢ ܡܢ ܕܪܓܗܘܢ. ܠܕܝܪܬܐ ܢܫܬܕܪܘܢ ܐܢܘܢ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܐܠܐ ܕܝܢ ܡܬܩܘܝܢ ܒܕܝܪܐ ܘܫܪܟ. " Filii et filiae foederis qui exciderunt a gradu suo mittantur in monasteria ad poenitentiam. Si autem in monasterio commorantur, etc. " Unde manifestum fit alios in monasteriis commoratos fuisse, alios vero extra monasteria, alioquin in monasteria

mittendi non fuissent. In canone autem 40 praecipitur[2] : ܢܗܘܘܢ ܥܡܪܝܢ ܒܥܕܬܐ ܩܫܝܫܐ ܐܦ ܡܫܡܫܢܐ. ܘܐܢ ܡܫܟܚܐ. ܐܦ ܒܢܝ ܩܝܡܐ. " Habitent in ecclesia presbyteri et diaconi et si fieri potest etiam filii foederis. "

Porro filii et filiae foederis ecclesiae ministerio addicti erant. Idcirco ipsis praecipitur canon. 26[3] : ܢܗܘܘܢ ܐܡܝܢܝܢ ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܒܢܝ ܩܝܡܐ ܘܒܢܬ ܩܝܡܐ ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܥܕܬܐ. ܘܠܐ ܢܒܛܠܘܢ ܙܒܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܘܕܡܙܡܘܪܐ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ. " Perseverent presbyteri, diaconi, filii et filiae foederis in ministerio ecclesiae nec amittant tempora orationis et psalmorum die et nocte. "

ANNOTATIONES.

1) *Ibid.*, p. 218.
2) *Ibid.*, p. 220.
3) *Ibid.*, p. 218.

FINIS.

MENDA TYPOGRAPHICA.

Col. 37,	ܡܕܝܢܬܐ	*lege*	ܡܕܒܪܢܘܬܐ
Col. 55,	ܐܦܝܣܩܘܦܐ	*lege*	ܐܦܣܩܘܦܐ
	ܕܦܪܝܣܒܘܛܪܐ	*lege*	ܕܦܪܝܣܒܘܛܪ̈ܐ
	ܐܦ̈ܝܣܩܘܦܐ	*lege*	ܐܦ̈ܣܩܘܦܐ
Col. 57,	ܐܦܝܣܩܘܦܐ	*lege*	ܐܦܣܩܘܦܐ
Col. 64, not. 1,	ܩܫ̈ܝܫܘܬܐ	*lege*	ܩܫ̈ܝܫܐ
Col. 80, not. 1, concilia		*lege*	concilii.
Ibid., not. 2, canonum		*lege*	canonem.